

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37

2 400 40 Gitarra
M-30 N-3729

INTITI LIVII
PATAVINI HISTORIARVM AB URBE
CONDITA LIBROS, QUI QVIDEM
EXTANT, OMNES, OBSERVATIO-
nes, ex varijs autorum scriptis
collectæ, per Vilhel'mum Go-
deleurum:

NUNC PRIMVM IN LVCEM EDITÆ.




FRANCOFVRTI AD MOENVM.

Cum Gratia & Privilgio Cæsareæ Maiestat.

M. D .LXXVIII.





ORNATISSIMO VIRO, AC
DE RELITERARIA OPTIME ME-
RENTI, D. EVSEBIO EPISCOPIO, TYPOGRAPHO
AC CIVI BASILIENSI, DOMINO ET AMICO, VVIL-
HELMVS GODELEVAEIVS S. P. D.




AE ego, opera in Liuij historia explicāda sumpta, quasi Ilia
da post Homerū scripsisse, multis videbor, Episcopi opti-
me: Tot etenim doctissimorum virorum lucubrationes
in eam extant, vt omnis commentandi materia alijs præ-
cisa atq; adempta videri possit. Nam vt præ cæteris duos
commemorem, quid vir eruditissimus Henricus Glarea-
nus, vt Liuius pristino nitori restitueretur, non est moli-
tus? & quid Carolus Sigonius antiquitatis indagator dili-
gentissimus post eum intactum vel indisputum reliquit?
Veruntamen, et si ijs plurimum deberi fatear, eorumque labori tantum, quan-
tum meretur, deferam, nō tamen propterea me deterreri passus sum, quin qui-
bus bonos iuuenes in lectione Liuiana iuuari, quasiq; in salebra morantes ex-
tricari posse existimarem, ea malo atramento chartis meis illita alijs commu-
nicanda censerem: Nam præterquam quod in medio omnibus palma est posi-
ta, qui artem tractant Musicam, vt Comicus ait, sèpius etiam doctissimos vi-
ros, aliorum industriae in rerum tractatione nonnulla relinquere scimus. Ne-
mo siquidem, Varrone autore, reprehēsus, qui à segete ad spicilegium reliquit
stipulam, & ligna: Itaque peruvoluendo variorum autorum scripta, ab ijs in Li-
uiana historia vel animaduersa, vel explicata, vel notata consignare, quasique
operam decerpentem in excursu vago & errabundo nauare non dubitaui. In
qua, si qui subductioris supercilij nōnulla ramento, subere, plumis, pappisque
carduorum leuiora, vel aliunde emendicata esse duxerint, hi norint, cupio, gra-
uibus non constare pondus suum, nisi leuium comparatione cresceret, & me
in paribili & corrogato pane acquiescere, alijs locupletioribus mūdam anno-
nam, & filigineam suis conuiuis apposituris. Nec ex hoc mustaceo tam lauē-
quærere, quam aliorum laborem, ne ista quærerent, leuare studui: Ideò, vt pue-
ri in ludo solent, dictata fideliter reddidi, neque in furto deprehendi, quam in-
genua verecundia profiteri malui, cuius magisterio profecerim, & cuius depo-
sita seruanda acceperim, hac spe concepta, quod et si magna non sint, aut recō-
dita, tamen vt humiles myricę interdum, reptantesque per humum lascivii he-
derarum pampini, & in tabernarum fronte promptae merces, non in interiori-
bus penetralibus & hypothecis latentes, homines delestant, sic studiosi Liuia-
nae lectionis, nec obtrectandi malignitate suffusi, ista fauore amplexuri, & si
forte hisce centonibus ex varijs panniculis consutis, purpurati offendatur, sa-
gati & male vestiti eos recepturi sint. Qualemque verò opellam hisce cen-
tonibus colligendis impensam, tibi Episcopi optime imprimendam transmit-
tere animus erat, quod ex auunculo, & studiorum meorum fauore singulari
D. Simone Schardio Cameræ imperialis Assessore intellectissim, tibi, vt aliorū
multorum, sic quoque Liuij impressionem ex Heruagiana hæreditate compa-
rata delatam esse. Cæterū cùm Francofortenses Typographos, viros optimos,
studio rei literariae iuuandę te in ea antevertisse cognouisse, quidquid huius
opelle fuit, ipsis tradidi, bona spe, non minus meam erga te voluntatę, tibi de-
dicatione, quam communicatione ipsius opellæ probatum iri, cùm hac vsus
eius tibi saltem concessus fuisset, illa, vna cum vsufructu proprietas eius in te

A 2 transfe-

EPISTOLA DEDICATORIA,

transferatur. Ita mihi virtus atque humanitas tua clarissimi viri Simonis Schar
dij oratione prædicata est, vt non dubitem, quin hoc meum factum in te com-
pellando, meamque erga te propensionem, cum inductione animi quadam
propria, tum virorum optimè de te sentientium prædicatione suscep tam, sis
approbaturus. Idque cum tam certo mihi persuadeam, vt id abs te minimè ro-
gandum existimem, hoc vicissim de me tibi polliceberis, si quæ grata officia ti-
bi à me præstari queant, nulli nec fidei, nec diligentia, nec operæ, vt ea de-
clarentur, parciturum me esse. Vale feliciter, Datum Mi-
denæ, xv. Januarij. Anno 1568.

IN PRI-



IN PRIMVM LIBRVM HISTORIARVM

T. LIVII PATAVINI ANNOTATIONES, EX VA-

RIIS DOCTORVM LVCVBRATIONI-

BVS COLEECTAE.

Nous vete-
ribus grati-
era.



Estantibus ad hæc noua.] Reflexis-
se videtur ad illud Horericum Odyssæ 1.
Tl. 30. οὐδὲν μέλος ἐπιλέγεσθαι
ποτὲ πᾶς, διανόητον νεωτέραν εἰσιτεί-
ναι, quos sic Erasmus Latinè reddidit:

Canticum enim hoc hominum longe est
celeberrima vulgo, & gratissima, que nu-
perim venit ad aures. Accinit hinc Pin-
darus Olymp. Hymno 9. Αἰνεὶς παλαιὸν μὲν διονύσῳ δημοσίᾳν νεω-
τέρων, sentiens gratioreos esse hymnos, qui res nuper gestas celebrat,
quam qui prīsa tractant.

Quæ ante conditam] Magnæ magnorum virorum super hoc
loco contentiones fuerunt, id, non sine causa, ut Petrus Nannius li-
s. συμβολæ suo Miscellanorum refert. Nam cum duo tempora Li-
uius significet, in una tamen vicem ambo incidere videntur, siue enim
dicas ante conditam, siue ante condidit, vt raro modo tempus, quod
natalē urbis antecedit, innuitur. Verum Nannius aliorū opinorib.
commemoratis censem, conditam esse præterit temporis, condidam
presentis, ut primum interallum temporis ea habeat, que antequam
urbis existet, secundum, qua in ipsa constituenta urbe dum con-
ditur, obvigerunt, atque ita in vicibus nulla erit perturbatio, nec exiguo
sine distinctione erunt. Participia autem in dies esse presentis temporis,
ac passiuæ indolis, docetur a Thoma Linacre ex isto Vergili:

Turne quod optanti diuina promittere nemo

Audieret, Voluenda dies in attulit ulro. Vbi non diem que voluer-
tur, et adhuc in futurum imminet, sed presentem diem que tan vol-
ueretur indicavit.

Historia v-
tilitas.

Hoc illud est principiū in cognitione.] Historia vtilitas pre-
cipua, periculis aliorum siue suo periculo caurum sapientem fieri,
exempla inde capere omnigena que ad usum tuum qualibet in re tra-
ducas. Translatus autem hic locus videtur à Polybio, qui in principio
libri primi ait esse ἀλινοτάτῳ τῷ τοιούτῳ γεννασταῖς τοῖς τοιοῖς μεθονοῖς. Εὐφρετὸς δὲ πάντων
διδάσκαλον, τοῦ διὸ μετὰ τοῦ τοιούτου μεταβολῆς φυσικὸν
τὸν τοῦ ἀνθρώπου φερετεῖν ταῦταν, id est, historiam veram di-
sciplina exortationemq; ad res ciuiles esse, eamq; solam ob exem-
pla alienorum incommodeorum effectricem & magistrum, ut quis
posset fortunæ varietatem aquo animo ferre.

Dijin exor-
dio cuiusq;
rei inuocan-
di.

Nobis quoque mos eset.] Innuit nō itidem historicis, ut poë-
tis, in more esse, ut in initio operis Deos inuocent. Aut alios autores in
alia sententia fuisse, ex eorum monumentis apparet. Nam Charon-
das Catharicus in principio legum suarum statuit, πότε βουλομένος
χρηστὸν τοῦ θεοῦ αὐτῷ χρέων καὶ τὸ πότε αὐτῷ χρηστὸν τοῦ πομποῦ
φαστὴ τοῦ θεοῦ θύμενον πατον τοντον. Consultantes agentesq; ali-
quid à diis auspiciari debent. Optimum enim est, ut parvam fert,
deum caufam et autorem esse illorum omnium prout Stoebus refert
de legibus & consuetudinibus sermonē 42. Hunc subscrivens Xenoph-
ophon lib. i. de pediâ Cyrrait, πόλλα δὲ μισθρῶν τοῖς θεοῖς αἴχνει
παντὸς ἔρων, καὶ δέδοντες θύμενον δέδεντες τοῖς εἰρηνικοῖς, δέδε-
πολεμικοῖς εἴρων. Id est, recte tu quidem mones omnem à Diis actio-
nem potissimum auspiciari oportere, tanquam pacis ac belli studijs
imperantibus. Et Veteres omnibus rebus agendis deos prefari solitos
Plato quoq; refusat, δέδοντες τοῖς πόλεσσι καταρρεῖσι δι-
καιολογεῖσι, δὲ αἰκατεῖσι τοῖς δικαιούσι, δέδοντες τοῖς θεοῖς εἴρων
παντὸς ἔρων, καὶ δέδοντες θύμενον δέδεντες τοῖς νόμοις. Id est, deum ad ciuitatis
constitutionem inuocemus, ille vero nos audiat, exoratusq; propitiis
ac benevolis adfert, vna nobiscum ciuitatem ac leges constituturas.
Et Aratus in Phenomenis: Σὺ δέδοντες τοῖς θεοῖς εἴρων
εἴρων δέδεντες. Quem Cicero lib. 2. de legibus imitatus, Alioe Me-
rum primordia sumenda tradidit.

Ius bellii abstinuisse] Aeneam hic nulla prodite patria nota à
Liuius aspergi contri; Seruum Grammaticum Christophorus Landi

nus & post eum Glareanus hic in annotationibus ostenderunt, at nō
preterendum id quod Cælius tradidit, Aeneam pietate in Deos ac pa-
rentem insta clementer humaniterq; à victoribus Gracis tractatū,
ac liberum abire cum domesticis permisum bonis. De quo plura Cæ-
lius lib. 19. cap. 23.

Latinus rex Aborigenesq; Aborigenes appellati sunt, quod errantes conuenerint in agrum, qui nunc est populi Romani. Fuit e-
nim gens antiquissima Italie: Athenis quodam projecto Syconem
Thessaliasq; ex quibus porr̄ ciuitatibus ob inopian domiciliorū com-
plures projectos in extremas regiones, delatos in Italiam, eosq; mul-
to errore nominatos Aborigines, author est Febeus Pompeius. Obti-
nentibus autem regionem Aboriginibus, primi eorum cohabitatores
fuerunt Pelagi errabundi, profugis ex ea quæ tunc Aemonia diceba-
tur, nunc Thessalia, in qua tempus quoddam habitarunt. Hec ex Dio-
nysto in principio. Diodorus Siculus in s. dicit eo tempore quo Hercu-
les ad eum locum venit, ubi nunc Roma est, Aborigines tenuisse, quod
nunc palatum appellant, urbem penitus parvulum incolentes. Por-
ro & id existimat Dionysius lib. 1. Aborigines dictos sicut nō dñe, id
est à monte, quod montes ipsi incoluerunt.

Qui Care] Hanc urbem alto nomine Agillam vocatam Cato C. Care vrb.
alij trahant. Cur verò Care sic dicta refert Seruius lib. 8. Aeneidos: Agilla.
Agilla (inquit) ciuitas est Thuscia à conditore appellata, cui ex in-
situ Romana aliud est inuiditum nomen. Nam cum Romani ciuitas
per Thusciam interrogarent Agellinos quæ diceretur ciuitas? & illi
rūpore Greci, quid audiret ignorantes, & optimum ducentes si pri-
us eos salutarent, dixerunt χαρα, quam salutationem Romani ciu-
tatis nomen esse arbitrati sunt, & detracta aspiratione eam Care vo-
carunt. Ciat Igninum autem in vrbibus Italicis.

Aborigines Troianis] Dionysius lib. i. longè aliter hanc histo-
riam refert. Latinus (inquit) Aboriginem rex novorum aduenarum
commotus aduentu, bellum Troianum inferre decrevit. Sed per som-
nium à loci genio cōmonitus est, ut eos aduenas in patria regione fu-
scipiat. Eduero dñi patrij Aeneam monenti, ut amicè à Latino se in
ea regione suscipi potulet. Longo vltro citroq; sermone habito inter
Aborigines atq; Troianos, huiusmodi sint ita fadera, &c.

Situs est quemcumq; Non temere est illa Liuius διαβει, vt
Nannius lib. 5. συμβολæ exsistimat, exborrentis nomen Aenea in di-
uos recepti euangelare. Summa autē proprietate de sepulco situm di-
xit. Hinc etenim Sticines dicti, quod apud sitos, hoc est, sepultos ca-
nere solebat, idq; ex antiquitate Capitonis Attæ, vt in noctibus At-
ticis ab Aulo Gellio memoratum inuenitur lib. 20. cap. 2. Nefas verò
olim fuit, indigitarū & inter diuos recepti nomen edere, quod illis à
consecratione nouum indi solet, neg, ne erat mortali diuinis nomi-
nibus vti, quod Iudei seruant in suo tetragrammate, quod ab ipsis
διενθεωτον dictum, id enim mysterijs latere debet. Quæ mobrem o-
lim tacit templis Heraum praeterire solent, iram offensi Herois me-
tuentes nisi id facerent.

Iouenit indigetem appellant] Indigetes Dei antiquis vocati, Iupiter In-
Seruius in 12. Aeneidos duplice ratione indigetes dici affuerat, vel se-
cundum Lucretium quod nullius rei egat, vel certè (ant) indigetes,
dei sunt ex hominib; facti et dicti indigetes. Alij, quasi in deis agentes,
qui ex hominib; ad diuinitatem peruenient. Fuere qui indigetes
putarent eos, quod indigitari hoc est vocari et nuncupari nefas esset,
atque hos a Deos suis, in quorum custodia essent vrbes gentesq;.
Alij dicunt, si indigitarū inuocare est, deos illos indigetes esse potu-
se, qui inuocatis faciles sint, & preto adfint. Alij sunt qui putant In-
digetes appellari, quasi in loco vel genitivel degentes, & magis pro-
pitijs patriæ, loco, et ciuib; Gyraldus de historia deorū syntagmae i.

Albula que in Tyberim vocant] Albula ab aquarum
colore. Deinde a Tybri Tuscorum rege ibi occisi Tyberis, Vide Pliniū
lib. 3. cap. 5. & lib. 36. cap. 9. Cornelium Tacitum lib. 1. Annalium. Vir-
gilium lib. 8. Quidium lib. 2. Faistorum: Albula quem Tyberis,

Rheæ Sylviæ cum Vestalem eam legisset] Sylvia cogno-
men ab Ascani filio, qui in Sylvia natus erat, accepisse confitat, à quo
omnes qui Albanorum regnum obtinuerunt, Sylviæ dicti sunt. Quan-
quam Vergilius in 6. regibus Albaniæ à Sylvio Posthumo hoc cognomi-
ni datum putet. Ceterum ad vesta quod attinet, ea Saturni ex Ope-

Kines à Ta-
tino in form
is incepti
ubetur.

situs & siti-
cines.

Albula, Ty-
beris.

Sylvia Ve-
stalis, Vesta.

- filia fuit, dea virginitatis, cui Aeneas post Troianum incendium, con-*
dito Latiniū edem sacravit. Postea Ascanius condidit Alba, templum
quoque in monte Albani vertice dicitur. De qua re Plinius lib. 16. ca.
2. lib. 28. cap. 2. lib. 34. cap. 5. Cicero lib. 2. de natura deor. Gellius lib. 1.
cap. 12. Alexander ab Alexandro lib. 5. ca. 12. Celsus Rhodiginus lib. 15.
cap. 16. 17. & 18. Flavius Blondus lib. 1. Roma triumphantis. Servius li.
ii. Aeneidos. Ovidius lib. 6. Faſorum. Lucretius lib. 2.
- Auentinus.** Auentino fulmine iectus] Vnde mons Auentinus dictus sit, nondū inter autores conſtat. Neciū ab aibis dictum ſcripſit, que à Tyberi in hunc montem cubitum volarint. Itidē Vergilius ſcribit, quod id nomen ante Euandri & Herculu in Italiā aduentum habuerit, alij ut refert Varro, in libris de gente populi Romani, ab Ante- te Sabinorum ſluio vocatum volum, quibus in vrbem ſuceptis, Ro- milus Auentinum habitandum conceperit. Varro ab adiectu dictum afferit, hic enim mons ab alijs montibus & ciuitate olim paludibus & Tyberi excluditus fuit, vnde qui hunc montem adire volebant, rati- bus adiuthebantur. Sunt qui ab aduentu quoq; dictum putarint, quid Dianae templum in eo facrum Latinis frequentarent. Sextus Pompeius hunc montem aliquando Murcium vocatum ſic ſcribit. Murcie dea ſacralem erat, ſub monte Auentino, qui antea Murcius vocabatur. In eius ſummo lucus erat, qui Remoria dicebatur, vbi Remus de vrbe cō- denda fuerat anſipicatus. Quem montem Romulus neminem paſſus eſt habitare, ſed ſacrum fratris eſſe voluerat, ad Hybernam. Appella- tur quoq; à Diana templo collis Diana, Marialis lib. 12.
- Cum tu forſit an inquietus erras
 Clamora tuenzidis in Suburra;
 Aut collē domine terū Diana.
- Romuli pa- ter.** Vi compressa Vestalis] Dionysius ita ait, cū Ilia Vestalis (ſic enim alijs appellant eam qua Lilio dicunt Rhea Sylvie) ad Martis lu- cum iuſſet aqua pura bauriendo cauſa, in templo compressa eſt. Sunt qui putent ab aliquo ex procu, nec deſunt qui dicant ab Amulio ipſo patruo armato, qui cum amore eius captus eſt. Martis ſpecie arma- tis, & incognitus cum ea rem habuit. Alij à genio loci, alij verò & ſacerdoti aliquo ſen pontifice compressam afferunt. Onophrius Pan- nini Romulū militi cuiusdam ſilium ſuiſſe credit, & quia milites ſub Marte eſſe existimantur, idcirco Romuli patrem Martem dictū. Nec dubium à Marte compressam virginem ideo finxisse veteres, vt minor turpitudo nota eſſet, & humanus quoque animus diuine ſpiriſſiſcia res magnas audaciis aggredetur. Martis cogreſſum graphicè depingit Naso lib. 3. Faſorum. Cicero verò lib. 1. De natura Deor. ut f. ſubuloſum deridet.
- Sacerdos viuēta] Quidam virgi prius caſam, & deinde ſecun- dum legem delinquentium Vestalium viuo corpore ſepultam eſſe pro- diſſerint. De qua lege & confuetudine Plutarchus par. 96. Problema- tum. Alexander ab Alex. lib. 5. cap. 12. Celsus lib. 17. cap. 19.
- Aquam mitiū iubet] Fabius Pictor & Dionysius famulis ex- portauos dediſſe ſcribunt more veretur gentilium, qui infantes de quorum vita, moribus, rebus deniq; gemitis ſinistra habuerunt preſagia, clam expoſterunt, quo futurum cuitaretur malum, quorum Ca- talogum lege apud Higginum fabula 252. Sabellicum li. 1. cap. 1. exem- plorum.
- Defuncti regis imperio] Defunctos regis imperio dixit eos, qui imperio regis fatiſcissent, de qua loquendi forma Budaeus elega- ter in prioribus annos ad panderat.
- Ficus Ruminalis] Ficus Ruminalis idē ſic diſta, vel quid eſta- te ſub ea pecora frigora captiaria, herbasq; vellentia ruminabant, vel à rumine, id eſt, mamma, quam antiqui rumen dixeré, quid sub ea pueri Romulus & Remus Luparmina ſixerint. Vnde Ovidius 2. Faſorum:
- Arbor erat, remanent vestigia, quæ vocatur
 Romula nunc ficus, Rumina ſicus erat.
- De hac Plinius lib. 15. ca. 18. Plutarchus in Romulo. Tacitus lib. 4. an- naliū. Publius Viſtor de regionibus vrbis reg. 8. Marilianus lib. 2. ca. 13. Annorum autem eſt hanc arborem ruminalem que in Comitio anni ottigentis ac quadrageinta & amplius virens perſeuerauit. Nerone imperante, ramulis emortuis viſam exarauifſe. Quod & in prodigiū abit, donc in votis reuareſcreſſet fortis. Celsus lib. 11. cap. 12. letiſionum antiquarum.
- Fluit aptem alueum] Alueum hic pro nauigio rudi & quoq; que modo conſecto capi tradidit Gyraldus in lib. de nauigis. & quem alueum hoc loco Linius, Plutarchus ſcapham vocat, ſic Proper- tius:
- Probus in commētarijs Georgiorum: Pana Latiniū Inuum dictum, eiusq; ex Arcadia religionem ab Euandro illatū. Gyraldus ſyntagma te 15. Inuum dictum putat ab inuenido pagis cum omnibus anima- libus. Omnium verò veruſiſimi ante vrbem conditam ab Euandro Arcadum rege ſolemni ex Arcadia tranſlato. Inui ſacerdotes, noui- ſini omnium Anafatio Imperatore, & Theodorico Amalo Gotro- rum rege in Italia regnante, aboliti circiter annum Chriſti CDXCV. Horum meminit Varrō libro 3. de lingua Latina. Dionysius libro 1. Ovidius libro 2. Faſorum. Valerius Maximus libro 2. cap. 1. Inſtinus libro 43.
- Lupam inter paſtores] Lupam voracissimum animali inſan- tib; vbera prebuſſe ſcribunt Fabius Pictor, Lucius Cincius. Portius Cato, Calphurnius Piso, Dionysius Halicarnassens, Plutarchus, Flo- rus, Higginus Fab. 252. Vergilius lib. 8. circa finem. Propertius lib. 2. Eleg. 6. Ovidius lib. 2. Faſorum & lib. 3. à principio: refatetur quoq; lupe hu- buis ſtatua in templo Romuli de quo Pomponius Letus par. 99. Marli- nus lib. 2. cap. 7. & lib. 2. ca. 12. Sed præter Linium, hec quoq; fabulosa videntur. Eufobio in Chronicis, Laſtantio lib. 1. ca. 20. diuinarum in- ſtitutionum, Eutropio & alijs afferentibus Laurentiam paſtoris vno- rem, ob corporis quæſum Lupam, hoc eſt, meretricem fuſſe. Vnde & bodie meretricum culle lupanaria dicuntur, picum etiam auem Marti ſacrata inſauitibus cibam deditiſſe legimus apud Plutarchū, & Ovidius lib. 3. Faſorum.
- * Magister regi pecoris] Iridem Dionysius ſcribit, Plutarchus Faſſulus verò Amulij ſcrum fuſſe putat. Ceterum quiſquis fuerit, ſtatuum quis. Rome meruit teſe Marliano lib. 3. cap. 17.
- Laurentiā vxori] Ab hac eadem deinde poſt aliquot annos Ro- Laurentia mulus ſpicia coronatus eſt, ut apud Plinius lib. 15. ca. 18. legimus. Eius Faſſulus ſepulchrum in Velabro Valerius Antias & Marlianus lib. 4. ca. 4. fuſſiſſe ferunt. Plura de ea vide apud Gelliam lib. 6 cap. 7. Verum que Ro- manorū Hiftorie de immoderata huia mulieris libidine ſcribunt, ad Floram inſignem Romanorum meretricem referre videtur Boc- catius de claris mulieribus, cap. 62.
- In Palatino monte] Variū de Palatini montis denominatio- ſententia ſunt. Varro lib. 4. de lingua Latina dictū putat, quidā Palan- mons. tes cum Euandro iſhuſe venerint, aut quid Palatini, qui & Aborigi- nes ex agro Reatino, quod appellatur palatum, ibi conſederint. Sed hoc alijs à Palatia vore Latini putarunt. Eundem hunc locū à peco- re dictum putant quidam, inter quos Sextus Pompeius, quidam ibi pe- cus paſcens balare conſuecuit, vel quid palare, id eſt, errare ibi pecu- des ſolerent, quod Propertius & Ovidius afferunt. Alij quid Hyper- borei filia in Palatio habitauerit, qua ex Hercule Latinū peperit. Alij eundem quid Pallas ibi ſepultus fit, exſlīmant appellari. Dionysius verò libro primo eum à Palantio, vel vt Linius & Vergilius, à Palan- teo Arcadum metropoli ab Euandro vocatum ſcribunt, poſt corrup- tū Palatum dictū. Solinus autē. Palatum verò nemo dubitat, quin Arcadas habeat autores, à quib; primū Palanteum oppidum con- ditum, quod aliquandiu Aborigines habitarunt: Sunt qui velint eū dictū à balabī, ouīm mutata litera, vel à Pale Paſtoralī dea, aut ut Silenus probat, à Palante Hyperborei filia, quam Hercules ibidem compreſſit, nomen monti dāti. Polybius eum à Pallante Euādri filio dictū ſuife ſcribit. Nunc Palatum maius dicitur. Huīus montis pars Germal nomen habuit, alia verò Velia, in qua vbi poſtea deām penatiū ades facta eſt, habitauit Tullus Hostilius rex. In hoc mon- te ſuit ſedes imperiū Romani, domusq; Auguſtana.
- Lupercal iudicrum] Intelligit locum ſub Palatino monte ſa- Luper- cal cratū ab Euandro Pani Deo, qui Lyceus vocatur. Luperca autem qui Luper- cal & Faſiani & Quintiliā appellebantur, autore Sexto Pompeio, à Faſio & Quintilio prepoſitū ſuū, ſacerdotes omnium veruſiſimi ſuerunt, ſolemni ex Arcadia tranſlato in Palatino mōte inſtituti. De quibus Dionysius lib. 2. Inſtinus lib. 43. Varro lib. 4. de lingua Latina. Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. Luperca itaque erant Feſta quibus ad expiando manes Pani Lyceo iuuenes Romani nudi canem & ca- pram immolabant. Deinde facie ſanguine ſedata ſe biſ ſelliū cin- gebant, lorisq; ē pella faciis correbarunt nudi, circa Palatum obuios quoq; corijs illis verberantes, & preſertim mulieres grauidas, que vtrō obuiam occurrerant, ſaſilem partum percuſione pferantes. De qua re Ovidius Faſorum 2. Meminit Lupercalium etiām Plutar- chus in Romulo. Complura de hiſe habet Gyralduſ biſtoria Deorum Syntag. 17. ſub capite de celebritatibus & Feſta.
- Romani vocant Inuum) Idem quod hic Linius, ſcribit quoq; Inuuſ. Probus in commētarijs Georgiorum: Pana Latiniū Inuum dictum, eiusq; ex Arcadia religionem ab Euandro illatū. Gyraldus ſyntagma te 15. Inuum dictum putat ab inuenido pagis cum omnibus anima- libus. Omnium verò veruſiſimi ante vrbem conditam ab Euandro Arcadum rege ſolemni ex Arcadia tranſlato. Inui ſacerdotes, noui- ſini omnium Anafatio Imperatore, & Theodorico Amalo Gotro- rum rege in Italia regnante, aboliti circiter annum Chriſti CDXCV. Horum meminit Varrō libro 3. de lingua Latina. Dionysius libro 1. Ovidius libro 2. Faſorum. Valerius Maximus libro 2. cap. 1. Inſtinus libro 43.

Solenne votum esset] Sic legendum esse, Robortellus libro 2. emendationum cap. 56. annotauit, & hic solenne substantiuum esse, vt & tertio ante versu de quo vide eundem.

<sup>Tempus xx
bis cōdit.</sup> Vrbis condenda] Et de autore & tempore vrbis cōdite, tam varie multiplicesq; historicorum sententie extant, vt quam quis amplecti debeat, merito dubitare posse. Quas qui videre voluerit, aedat cōmentaria Onuphrii Panini ad Fastos consulum Romano-rum & Commentaria eiusdem de repub. Romana. Non contemnenda quoque tradit de primordijs vrbis Solinus, cap. 2. Cuius tamē opinionem de moru siderū in natallito vrbis die, refellit Ioachimus Vadianus in Pomponij Melo lib. 2. cap. i. Commentarijs.

<sup>Tempa in
augustis qd.</sup> Tempa capiunt] Tempa regiones sunt aut agri, certo carmine ab augure litora finiti & notata, unde in omnes cali partes ad agurium captandum liber erat aspectus, in tātum, vt interdum augures ex, quorum altitudo auspicijs obesse, denoliri iuberent. Ideoq; summissorem alijs adēm honoris C. Marius fecit, ne si forte officeret publicis auspicijs, augures eam demoliri cogerent.

Vultur aus
augustis ac
commoda. Sex vultures] In augurij vulture plurimum usi veteres, cum auium ferre omnium innocentissimus, cum non ex his que seruntur aut plantantur, sed ex cadaveribus tantum fibi vīltum quarat, & hinc Herculem quoq; latari solitum, apud Herodotum legitimus, si in regerenda vultures sese ostendissent. De quorum augurio Celsus lib. 23. cap. 8. Plinius lib. 10. cap. 6. & lib. 20. cap. 7. Alexander ab Alexandro lib. 5. cap. 13. Volaterranus lib. 25. cap. 10. Vebij vaticinii autem de Romani imperij perseverantia ex vulturum duodecim vaticinatione ex Varrois antiquitatibus refert Celsus lib. 27. cap. 8.

In turba iectus Remus cecidit] Idq; vt Dionysius ait, Fabio Celere murorum preside, aut ut Plutarchus Romuli ducē. Alij Remū in contentione augiorum intersectum, alijs ab ipso Romulo confoſsum esse, memoria prodiderunt. Plinius de viris illastribus à Fabio Celere intersectum scribit, cui astipulantur Plutarchus, Euripius, Messala Corvinus & Ouidius lib. 4. Fastorum. Sed quocunq; demum casu interierit, noue vrbis munitionem authore Romulo sanguine suo consecravit, vt canit Lucanus libro Pharsalia primo: Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

Transflet mēnia mea] Hanc legem ex honestatis fonte nequaquam stulisse, Cicero lib. 3. officiorum ostendit copiosissime, cum magis utilitas, quā honestatis causa latra esse videatur.

Vrbis conditoris nomine appellata] Rebus quide hęc omnia. Roman autem, & non Romulam, idcirco vrbem Romulus vocauit, vt ampliore vocabuli significatu prosperiora patria sue ominaretur. Alterum quoque vrbis nomen proprium habuit, vt Plinius & Solinus scripserunt, quod publicari veritum est: quandoquidem quo minus id enunciaretur, ceremoniarum arcana sanxerunt, vt hoc patatio notitiam eius aboleret fides placite taciturnitatis. Valerius quoque Soranum, quod optimā atq; salutari fide abolitum, atq; contra interdictum euulgare id ausus foret, ob meritum profane vocis pēnas lūsse. Onuphrius.

<sup>Rome nos
men vnder:</sup> Cacus. Nominē Cacus] Caci huius historiam siue manus fabulam scribunt Dionysius lib. 1. Strabo libro 5. Virgilius 8. Aeneidos, Ouidius primo Fastorum. Propertius lib. 4. Eam Diomedes libro 5. Laciniū siue appellat. Columella autem malum vicinum, vide Seruum oītū Aeneidos.

Carmen. Carmenta matris] Hec ab oraculis Graecis dicta teste Dionysius, Latinè vero Carmentis, vnde Ouidius in Fastis: Ipsa monē que nonen habet de carmine dulcum. De hac Dionysius Harlicarnassus in prima historiarū ait, Euandro & Carmenti quotannis sacra facta fuisse, Carmenti quidem sub Capitolo ad Carpent. Ilem portam, Euandro vero in Aventino à porta Trigemina non procul. Hec eadem & Nicostrata & Themis dicitur.

Potitii &
Pinarij. Hisque exta apponenterunt Petrus Nanius lib. 5. eviqualibet ex Bispidiāni & Arrebaensī exemplarum autoritate legendum putat, ijsq; exta poterentur, Pinarij ad ceterā dampū venirent. Eamā lectionē omnino castigatiōrem arbitratur. Per tropū enim ētruscas & grecas originationes eorum vocabulorum doceri existimat. Nimis quod alteri à potiendo Potitij sint dicti, alteri & rē πειρᾶv. Nec renorari nos debere putat, quod alterum sit Gracum, alterum Latinum. Verisimile enim esse aduenias & sua, & indigenarum lingua locutus esse vt sc̄i semper sieri solet. Alij potitios a potando, id est, & rē πειρᾶv dictos tradunt, sicuti Pinarios & πέιρυς. Pinarij enim familiā tantum ministra erat, epulatibus Potitij & complentibus sacra. Porrā autem quido omne genus Potitiorum interierit, docet Liuius lib. 9. & Valerius lib. 1. cap. 2.

Tertie filii. Natam ē terra sibi prolem] Terra & filios ignobiles, & quorum

genus ignoretur appellari Caecilius, Minutianus, Apuleius in libro de Orthographia scribit. Florens Septimius in Apologetico terre filios dicti tari vulgo assert, quorū sit incertum genus, sicuti ignotos teneat aut ex inopinato apparentes de celo sup̄uenisse dicunt, de quo plū- ra Celsus lib. 20. cap. 28. lect. antiq.

Aylum] Primum Cadmus dum Thebas conderet inter Grecos & Egyptiū: aſlum aperiūſe fertur, ad quod fugientes sine discrimine serui aut liberi ab omni pena tuti erant. Nonnulli à prognatis Herculis Aſlum Athenis primò inſtitutum ferunt, ad quod à patribus opprefſis confugere fas erat, de quo Herodotus lib. 2. Post quod in Rhetico littore Atticis fuit Aſlum, & in Sigeo Achillis, quorum exemplo Ro- mulus suum Aſlum aperuit ad lacum opacum & vallem inter Ca- pitoliū & arcam: meminit eius prater Liuum Dionysius lib. 2. La- ctantius lib. 2. cap. 7. Eutropius lib. 1. capit. 4. Alexander ab Alex. lib. 3. cap. 20. Volarterranus lib. 19. cap. 2. Virgilius lib. 8. Ouidius lib. 3. Fa- storium. Iuuenalis Satyra 8. Propertius lib. 4. eleg. 1. Horatius lib. 1. Od. 12. Hoc autem Romuli Aſlum malefaciendi ansam ratus Tybe- riū postea irritum fecit.

Præterquam legibus coalescere poterat] Nulla re magis iustitia & ię societas hominū conseruatur, & tranquilla est, quām iusticia, vt in ię coaleſcere possint. Nonnulli à prognatis Herculis Aſlum Athenis primò inſtitutum ferunt, ad quod à patribus opprefſis confugere fas erat, de quo Herodotus lib. 2. Post quod in Rhetico littore Atticis fuit Aſlum, & in Sigeo Achillis, quorum exemplo Ro- mulus suum Aſlum aperuit ad lacum opacum & vallem inter Ca- pitoliū & arcam: meminit eius prater Liuum Dionysius lib. 2. La- ctantius lib. 2. cap. 7. Eutropius lib. 1. capit. 4. Alexander ab Alex. lib. 3. cap. 20. Volarterranus lib. 19. cap. 2. Virgilius lib. 8. Ouidius lib. 3. Fa- storium. Iuuenalis Satyra 8. Propertius lib. 4. eleg. 1. Horatius lib. 1. Od. 12. Hoc autem Romuli Aſlum malefaciendi ansam ratus Tybe- riū postea irritum fecit.

Patres certe ab honore) Plutarchus in vita Romuli alias cau- Patres cū-
ſas, cur ſenatores patres appellati ſint, cōmemorat, nimis quod res.
velli bororum legitimorum patres eſſent, vel quod ipſi ſuos patres
obſendere poſſent, id quod non multe eorū, qui primi in ciuitatem
confluere poſſerunt. Quidam à patronatu nomen dictum exiſti-
mant. Sic enim tunc vocabant prefedūram, & nunc etiam vocant.
Dionysius autem scribit illuſtriores genere, ſpectata virtutis, ditio-
ne, ac natu grandiores patres Romulum appellasse. Patres autem
dictos ob etatem, nam ex populo ſeniores erant, vel ob curē ſimilitu-
dinem, vel quia agrorum partem tribuebat tenuioribus, perinde ac
liberi proprii, & eos ſua cura commendatos, atq; in clientelam ſu-
cepitos tanquam patres tuebantur. Horum autem progenies patri-
tij diidi, perinde ac plebeiorum patria. Porrā ex patribus hac ratio-
ne centum legit Senatores, quorum confilio rempub. adminiſtraret.
Primo tres ex singulis curijs qua trīginta erant, letri, factiā nona-
ginta, deinde tres ex singulis tributis, & vnu à Romulo, nominati,
qui centum numerum explerunt. Centum autem ideo tantum crea- Centum ſe-
uit, vel quia ſi numerus ſatis erat noua & parua ciuitati, ſiue quia natores. Ses
ſoli centum erant qui creari Senatorē poſſent. Senatorē autem ita diidi.
propter ſenectutem, cum vetuſiſimi patritiorum eſſent, ſiue ab ho-
nore & virtute appellauit. De Romano ſenatu ex paſtoribus, vel no-
uis boninibus collecto ita ſcribit Propertius:

Curia præto exo que nunc nitet alta Senatū,
Pellitos habuit rufifica corda patres:
Buccina cogebat priscos ad verba Quijites;

Centum illi in prato ſep̄e Senatorū erat:

Patriotiorum autem & Senatorū numerum Sabinis intra vī- Patriotiorū
bem recepiſe, centum ex eisdem additis Romulus duplicitauit, ducen- & senatorū
tōs. Senatorē fecit. Hic autem non eſt præterea, quia inter Dio- differentias
nyſum & Liuum eſt controverſia. Dionysius enim ait Rönum
patritios primō, deinde centum ex patritiorum primoribus, qui nu-
mero longe plures erant, Senatorē feciſe, ita, vt verē dici poſſet, Se-
natorē eſt, ergo patritius non econtra patritius, ergo Senator, qui
ex Dionysio non omnes faci patritij Senatorē letri eſſent. Quorū
poſte numerum Sabinis intra vībem recepiſe duplicasse idem ſcri-
bit. Liuius vero centum tantum patritios à Romulo factos fuiffe,
prodit, quos etiam Senatorē fuiffe refert, Romuliq; ſecondam ex Sa-
binis lectionem omittit. Hos autem à Romulo prima lectione patri-
tios creatos eſſe conſtat, qui maiorū gentium diidi ſunt. Quā
verō à reliquo regibus, Brutoq; primo confale minorū gentium. De
quā plura Onuphrius Paninius in commentario lib. 1. Fastorum, de
Patritijs & Senatorib⁹.

Consualia vocat) Fuit Consul ſecondij Deus, cuius arā in Cir- Consualia
co maximo vīdig, aggeſta humo abdita erat, quod arcanum eſſe cō-
ſilium putarent, quam aram cum ludos celebrarent, omnibus adre-
fas erat, in qua Romani ſacrificijs igneis alij ſq; ſolennibus festos dies
agere conſuerunt, que ſerie publica diidi eſſent. Erat autem in lu-
di, vī

Judi Rot. 2
ni magni.
dus, ut equi & muli iuncti & soluti in circulo maximo, magno spectulan-
tium studio currenter. Indicta verò fuisse Cōfusalia sicutum populis
à Romulo anno imperij quarto Dionysius Halicarnassus tradidit, eos
que etiam sua etate ludos fieri solitos dicit. Lucius Tarquinius an-
nuos eos fecit, qui idem & magis & Romani vocantur. De quare
Terentius Varro lib. 5. de lingua Latina. Alexander ab Alex. lib. 5. cap.
2. Blondus lib. 2. Roma triumphus Volaterranus lib. 29. cap. 11. Ouid.
lib. 3. Faſorum. Notandum tamen, pleroq. eſſe, qui dum dīs Laribus
Romani ludos celebrarint, Romulum Sabinas rapuisse dicant.

Signoq. dato] Erat autem ſignum, aggredienda rei oportuni-
tate in adeſſe, cum Romulus aſſtigens, purpuram in ſinus contraham
explicaret, ut apud Plutarchum legitimus. Sextius verò Syllus Car-
thaginensis Thalasēj nomen direptionis ſignum fuſſe prodiit.

Rapiendas virgines] Hinc à Romulo inſtitutum videtur, ut
poſte non vero, ſed simulato quodam raptu omnis legitimi coniubij
ritus perageveretur. Id quod innuifere videatur Feſbus, cum ſcribit: Rapi-
ſimilatur virgo ex gremio matris, aut ſi ea non eſt, ex proximane-
ceſſitudine, cum ad virū trahitur, quid videlicet ea res feliciter Ro-
mulo eſtit. Rapiunda autē vi ſimulata virginis, quinam olim ritus
fuerit, eleganter ex libro 4. Apuleij de aſino aureo expoſuit Iacobus
Renardus ad leges XII. tabularum, cap. 21. Porrò qui fuerit raptu-
rum numerus inter authores non conuenit. Quidam enim non ultra
triginta fuſſe tradunt, que curijs nomina dederint. Non nulli quin-
gentas, pleriq. septem & viginti, ut Valerius Antias. Alij ſexcentas
& tres ſupra octaginta, ut Iulius & Dionysius. De hoc autem factō
præter citatos lege Oroſium lib. 2. cap. 4. Plinius lib. 15. cap. 29. Au-
gustinus lib. 2. cap. 17. & lib. 3. cap. 13. de ciuitate Dei. Virgil. lib. 8.
Ouidius lib. 3. Faſorum. Alexandrum ab Alex. lib. 5. cap. 26. Strabo-
nem lib. 5.

Thalasius. Thalaseij] Tuuenis, ut Plutarchus ait, probi & ſplendidi, Romu-
li duci.

Nuptiale hanc vocem] Sicuti Grecc ūlō ūlō ūlō ūlō
qui ſobices coniugio ſuere. De qua Romanorum conſuetudine, vide
Plutarchum quoq. in Cneo Pompeio, & problemate 30. Blondum lib.
8. Rōme triuiphantis. Alexander ab Alex. lib. 2. cap. 5.

Acreo rex.] Regem in prelio obtruncat. Acreonem nimisram hominem
vehementem & rebū bellicā pariter audacem, qui magna militum
copia in Romanum agrum impetum fecerat, de quo lege Plinius ſe-
cundum, de viris illufribus. Valerius Maximum lib. 3. cap. 2. Vo-
laterranum lib. 16. cap. 1. Anthropolog.

Jupiter Feretri.] Diuerſas huius cognominis rationes adſeruntur.
Alij enim à ferendo cognominatum putant, alijs à feriendo hoſtem. Feſbus
Feretrium dictum putat, quid pacem ferre putaretur, cum ex tem-
plo eius ſumarent ſceptrum, per quod iuarent, & lapidem ſilicem,
quoſedus ferirent. Oliverius Arzigenensis in Valerij Maximii com-
mentarijs, à feretro iuſtrumento, quo ſpolia opima ſuſpendebantur,
dictum putat. Alij quid per eius ſceptrum & ſilicem iuarent, Ro-
mani pacem referre ſoliti ſint. De qua conſuetudine Alexander ab
Alexandro lib. 1. cap. 14.

Opima ſpolia.] Opima ſpolia, vel ab opibus, ut aī Varro, vel
ab iniucto opere, cum victoribus tantum laudis acceſſerit, nomina
ſumpſere, ſeu quod ſidei propria eſt, opima ampla dici, ſicut opimam
prædam & opimam boiem dicimus. Que niſi duces reges q. quorū
auſpicio re gerantur, ſuſmet corporibus dimicantes, hoſtium duci-
bus der. acerint, nec emq. & exitium intulerint, haudquaquam opī
ma dici volere. Ter autem opima ſpolia delata ſunt tantum. Primò
à Romulo. Deinde à Cornelio Coſſo. Tertio à Claudio Marcello. Qua-
dere Plutarchus, & Alexander ab Alexandro, lib. 1. cap. 14.

Iou's Fere-
trij templi.] Templo origo] Fuit vero Feretrij Iou's templum in vertice
Capitolini montis, exiguum ſanè & angustum, ſed religione sanctiſ-
ſimum, cuius teſta multos post annos ob retuſatę & Romanorum
negligentiam collapsa refiuit Auguſtus, ampliavit etiam post Ro-
mulus Ancus Martius. Vide Mariani lib. 2. cap. 3.

Capitolij.] Capitolium aſcendit] Capitolium à capite hominis à Tar-
quino Prisco ibi inuenito dictum eſt. De cuius diuerſis nominibus &
ſtructura Plinius lib. 19. cap. 1. & lib. 7. cap. 28. & lib. 36. cap. 6. Pu-
blius Viſtorius de regionibus vrbis reg. 8. Alexander ab Alexandro lib.
6. cap. 11. Caius lib. 23. cap. 6.

Sabini vn-
de diſtri-
cti.] Sabini Italicæ populus à Deorum cultu nomen accipi-
ens, quaſi Sabini, ſed non ſabini, vel à Sabo duca, ut eſt apud Silius
Italicum lib. 8. Vide Plinius lib. 3. cap. 12. & lib. 36. cap. 15. Volaterranum
lib. 6. cap. 2. Alexandrum ab Alexandro lib. 5. cap. 26. Caius
lib. 7. cap. 9.

Filiam virginem] Veſtalem, quam Dionysius Spurij Tarpeij Tarpeia via
Capitolini preſidiſ filiam, Antigonus verò & alij quidam, Sabino-
rum regi filiam fuſſe tradiderunt, cuius ſactum deſcribunt Arifti-
des Mileſius, de rebus Italiciſ. Plutarchus cap. 31. Paral. Valerius Ma-
ximus lib. 9. cap. 6. Volaterranus lib. 19. cap. 2. Virgil. lib. 8. Ouidius
lib. 1. Faſorum. Propertius lib. 4. eleg. 4.

Aqua] Ad fontem videlicet Veſtaliis ſacrum, ex quo aquam
baurientes ſacrifici mandant, manus & pedes lauant, adyrumq.
aspergunt. Qua de re Plutarchus in vita Numa Pompili. Quia ratio-
ne autē, quib[us] ſue ceremonijs aqua ſacrificijs adhibita ſit, docet A-
lexander ab Alex. lib. 4. cap. 17.

Proditi exempli cauſa] Proditi ex genere carum que ma-
le prouerbiāliter appellantr. De qua vide Erafnum in proverbijs.
Mala proditia, Tarpeia verò virginis ſactum alij in malam, alij in bo-
nan partem interpretantur. Fabius Pictor enim & Cincius auri cu-
pidine mortam, illud quod finiftri manibus habebant, petiſſe ferunt.
Lucius verò Pifo Censorius, clypeos quos contra vim hoſtium finiftri
manibus tenebant, efflagitaffe exiſtimat, ut nudatos tam boſes ſua
interſicciando traderet. Virum autem verius ſit, ex eo colligimus,
quid non tantum honestissime à Romanis, ut Plutarchus ſcribit, fe-
pulta, verum etiam Tarpeius mons ab ea denominatus. Qua de re Tarpeius
Plutarchus, Dionysius & Marlianus lib. 2. cap. 1. Porrò Petrus Nan-
nini lib. 5. Mifcellaneorum pro decreto, directo legit ex libro Buſli-
diano, eamq. lectionem veram arbitrat⁹. Opponitur enim hac di-
ctio ambiguo illi petitioni, qua vel armo, vel armillas poſſere vide-
batur, dum paciſſit, ut id ſibi traderent, quod in finiftri manibus
habebant. Nunc autem planè explicitis verbis arma petiſt, quamob-
rem non auara, ſed in ſido eſt habita, tanquam que illos nudos ho-
ſti obijcere veller.

Aureas armillas] Armilla ab armo diſta, ſuprema brachij par-
te in humeros collumq. vergente, quam partem argenteis aureisq.
tegminibus ſabrefaciſt milites ornatabant, quod in ſactu ſuic marn-
moreis & alijs veterum ſculpturis appetat. Sic legimus inſi lib. 10.
Papyriū Curſorem conſulem, Papyriū filium, item quatuor cen-
turiōes, manipulū, baſtatorū armillū, aureisq. coronis donaſſe.

In finiftri manibus eſſet] Gracos olim annulos in digito, qui
minimo proximum eſt finiftri manus, habuiſſe legimus, quod in ſedis
humanis corporibus, olim neruum quendam reuinfirmitum ab eo di-
giro ad cor homini tendere animaduerterint. Vnde quid quasi con-
nexus eſſe cum principatu cordis videretur, hunc finiftri manus di-
giū tali honore decorandū veteres putauant, cuius rei auror est
Appion in libris Aegyptiacis. Gellius libro 10. cap. 10. Plinius libro 33.
capit. 1.

Armi ne caueſe] Huc pertinet Octavianus Auguſti, & An iſ-
goni quoque apophthegmata, qui dicebant proditores quidem dum
prudenter amandos, poſt ſactum verò ſummo odio profequendos eſſe.
Significantis his qui proditione profuerunt, nihil deberi gratia, li-
cer offiſcum quod preſtant, pro tempore gratum ſit. Similem autem
de poena proditionis hiſtoria ex Clitophonis libro rerum Gallica-
rum primo leges apud Plutarchum cap. 30. Paral.

Hostius Hoſtilij] Tulli Hoſtilij tertij Romanorum regis annus Hostius Ho-
& Herſilia maritus.

Cecidit] Apud portam veterem Palatiū quidam cecidiſſe ſcri-
bunt. Plutarchus verò apud lacum Curtium, qui ſuit in medio foro
iuxta Domitiani poſtea equum, vide Marlianum lib. 3. cap. 18. Topo-
graph. & Publ. Viſtorem in regione octaua vrbis.

Statoriouij.] Iouem ſtatorem pleriq. à ſtando diſtum volunt, Jupiter ſta-
hoc eſt, ergendo, conſiderant enim in clade plane Romanorum toti-
anim. Diuus autem Hieronymus contra Iouianum, quod nunquam
ociuſ ſedat, fed ad ferendam open omnibus paratus ſit. Seneca
verò libro de benefiçis tertio, ideo quid eius beneficio ſtent omnia,
ſtatori ſnom ſibi vendicare existimat. De qua re Laurentius Valla
lib. 5. cap. 6. elegiantiarum multa.

Templum] In Palatini montis radicibus è regione adiſ Concordia, olimq. Ciceronis domus, que iuſſi Clođi demolita, & in por-
ticum liberatiſ translatā ſuit, cuius templi etiā hodie ſponde mu-
rorum altissime videntur. De quo Plinius lib. 34. cap. 6. Alexander
ab Alexandro lib. 6. cap. 11. Ouid. lib. 6. Faſorum.

Sabinæ mulieres] Sabinarū virginum orationem ut doctiam, Sabina mu-
litas commiſſatione & affectibus plenam pere ex Plutarchi Romu-
lo, Naſonū præterea lib. 3. Faſorum. Similem autem muliebris fortis-
itudinis hiſtoria legitimus de Celticis mulieribus, que per media ho-
ſium agmina irruentes, precibus & lachrymis pacem conciliaverunt
ſuis apud Plutarchum cap. 6. de claris mulieribus.

Fœdus

Fœdus faciendum] In via sacra, Carinis & via subura proxima, explicatio verò fiederis, quod erexitis aris iuramento firmarunt. Est apud Dionysium, Plutarchum, & Eutropium, lib. i. cap. 4, à quibus in eo tantum dissentit Livius, quid Romulum & Tatium in ipso bello ardore congressos, & de pace collocutos arbitratur.

Quirites vnde dicuntur] Curibus metropoli Sabinorū olim, teste Volaterrano lib. 6. cap. 2. **Geographia**, patri quoq; Tatij & Numa.

Cucianū nominis vnde dicuntur] Nomina eorum curijs imponuit] Hanc opinionem Livij, minorum quid Curiæ à raptis mulieribus Sabini nominata sunt, auctore Varone, Dionysius, & post eum Plutarchus ita refutarunt, ut eas partim à locorum, partim à virorum nominibus appellatas esse appearat. Quare, qui viterius quid cognoscere cupit, eos autores iudeat. Varro tamen de curiis nominibus diversas prodiit, eos securus, qui prius hec nomina inedita sive putarunt.

Centuria equitum] Quarum opera in omni Repub. vtretur. Erat autem equestris ordo, et si Senatorio minor, magna tamè amplitudinis & vigoris, ut legimus apud Dionysium. Ser. lib. 9. Aconiū, Padianum in secundi actione Verri. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 29.

Luceris nominis vnde dicuntur] Autor de viris illustrib; à Lucumone Thuso, qui Romulo aduersus Tatium Sabinorum regem pugnanti auxiliu tulisse fertur. Luciferes appellantur. Sed Febus ait quodam sive, qui non tam à Lucumone quam à Luco, in quo vrbs Roma, aut prima eius pars asylum fuit conditum, dictos existimat. In qua sententia etia est Padianus, qui Luciferes à Luco asylis dictos scribit. Coniecti enim erant in hanc centuriam Thuso, Latini, & reliqui omnes qui ad Asylum configurant, ut etiam preter Padianum, Plutarchus restatur. Sunt præterea qui à Luceo Ardeas rege Luciferes dictos pertinet. Quod verò Livius Luciferum nominis & originis incertam esse causam putet, id Siginus ita accipendum arbitratur, nō quod nullam ipsé tenerit, sed quod incertam eam dueros fecisse autores existimat.

Quique cum eo equites erant] Petrus Nannius lib. 5. evulsum annotat in veteribus libris, legi, quicq; cum eo equis ierant, ea quæ lectio ei paulo venustior videtur.

Viribus nulla parte adiutus] Nannius loco preallegato nulla arte adiutis legēdum arbitratur, ut intelligas. Romulum aperta vi, sine vilo stratagematica hostem viciisse. Facilius siquidem in tam affinib; vocibus parte, & arte lapsus fuit.

Celeres appellauit] Celeres vocati plures scribunt ab exequendi ministeriū celeritate. Prompti enim velocius q; ad opera erant, quos Romani Celeres vocant. Ut autē Valerius Antias memoria prodidit, dicit sive Celeres a primo eorum duce Fabio Celer, praerat namque ipsis dux etiam clarissimus, cui tres suberant centuriones, & sub eis alijs inferiores magistratus, qui per verbū sicut eum cum telis, ministri eorum quia inebulantur erant. Fabio verò Celeris cognomen ideo datum volunt, quid Remo occiso celerrime in Hetruriam aufugit, ne à Remi auctoribus quoq; interficeretur. Hic enim vt Dionysius sit, mūrorum vrbiis Roma præses, aut, vt Plutarchus, Romuli dux Recum, contra dictum Romuli, mūros orbis transsilicet rafro fertur occidisse, vnde profugus factus, à celeritate Celeris nomen commenuit. Sic & à velocitate Merellus celer cognominatus est, vt legere est apud Plutarchum in Merello, & Caliū quoque lib. 24. cap. 6. Porro hysce Celeres à Numa, teste Plutarcho, sublatos alij reges restituisse videntur. Siquidē L. Brutus L. Superbo regi prefectus Celerū sive traditur. Hos autē Flexumine postea, inde Troffilis, tunc equites dictos ex Febo & Plinio apparet, verba Febo hæc sunt: Celeres antiqui dixerunt, quos nunc equites dicimus, à Celeri interfectorē Remi, qui initio à Romulo ijs propositus fuit, qui primus electi fuerunt ex singulis curijs deni, ideoq; omnino rrecenti fure, & alio loco, Troffili equites dicti, quid oppidum Thusciorū Troffilum sine opere pedimentum cepirint. Plinij verò lib. XXXIII. hac. Equitum nomen sive variatum est in ijs quoq; qui ad equitatutum trahabantur. Celeres sub Romulo, regibusq; appellati sunt, deinde Flexumines, postea Troffili, cum oppidū in Thuscio citra Volfinios passuū novem millia sine vilo pedimentum adiumento cepissent eius vocabuli, id quæ duravit ultra C. Gracchum. Iunius certe qui ab amicitia eius Gracchanus appellatus est, scriptū reliquit his verbis: quod ad equestrem ordinem attinet, antea Troffilos vocabant, nunc equites vocant, ideo quia non intelligit Throffilos nomen, quid valeat, multos pudet eo nomine appellari, & caufam quoq; suprà indicata est, exponit, inuitosq; eriamnum ratione Troffilos vocari. Hac Plinius.

Capra paludē] Quam in campo Martio sive Marlianus ait lib. 6. cap. 9.

In terris Romulus fuit] Non vna est auctorū de morte Romu-

li opinio, sunt enim qui viib; Fidenatis & Veientibus Romulum romulū à primorib. intersectum, corporeq; in minutissimas partes dissecto, mortis occulte sub vestibus per partes aportatum scribant. Aristobulus vero Italicarum verum, lib. 2. Dionysius Halicarnas, lib. 2. Val. Max. lib. 5. cap. 3. Augustinus lib. 3. cap. 15. etius parvicij nouos ciues authores sive memorant, apud Capream autem paludem cum concionem haberet, à Marte patre nimbo ablatum cum Linio affirmarunt, Plinius secundus de viris illustrib; Plutarchus in Romulo & Numa Pomplio, Florus, Messala Corvinus, Sabellicus lib. 1. cap. 8. Ethnico-rum exemplorum. Ouidius quoq; lib. 2. Faſtorum.

Proculus Julius] Plutarchus in Parallelis Aetū Proculam ex Proculus. Aristobuli sententia vocat virum primariū, & à Romulo plurimum dilectum. Proculi autem dicuntur qui foris agente patre nati sunt, vt testatur Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 9.

Roma caput orbis] Romanū imperij magnitudinem & excellētiam legere licet tun apud alios, tunc apud Plinium lib. 3. cap. 4. Solinum in prefatione Polybijs. Verg. 1. Aeneidos, Romanos rerū dominos, & lib. 6. Imperium terrū. Ouid. 2. Faſtorum. Hic vbi nunc Roma. Claudianū lib. 3. De laudibus Stiliconis. Caliū Rhodigymnum lib. 18. cap. 25. qui ex Graco quodam auctore orbis Epitomen Romā vocat.

Interregnū appellatum] Eſt enim interregnū ſpacium Interregnū temporis à rege defuncto usq; ad creationem ſequenti, & qui pre-efit hoc temporis ſpacio, cum regia potestate & insigniis, interrex erat. De cuius officio & potestate Fenestella cap. 4. Blondus lib. 3. Ro- me triphantes. Alexander ab Alex. lib. 5. cap. 6. omnī copioſiſimē.

Patres autores fierent] Quid sit autorem fieri, tradit Paulus in Etiam ſiſſe de autoritate tut. Erinni, inquit, non interrogatus, tunc author fierit, valet authoritas eius, cum ſe id probare dicit quod agitur, hoc eſt enim autorem fieri. Sic antiqui vocabant autores mulierum, ſine quorum conſensu, quecumq; egiffent mulieres ratior erant, vt scribit Livius lib. 37. Cicero pro Flacco & A. Cecina. Similiter quoque id iuri patres habebant, vt tum demum rite effent, qua populus iſuerat, ſi patres autores fierent. Id eſt, cum rem factam probarent. Sic Livius lib. 6. Et ne quidē ſit certum in unum fuit, quia Patria ſe autores fore negabat. Et Victorinus ait, ſine au- toritate & conſensu Senatus nullā legē olim ferri potuſſe, vbi au- toritas intelligenda, non opinio grauitatis, prudētia ac magnitudo- niis cuiuslibet, quam in magnis ac claris viris eſſe credimus, ſed conſenſus maioris vel prudenteris alicuius, ſine quo res acta nihil valent.

Samium Pythagoram] Varta de Pythagora temporibus & Numa Pomplij doctrinā ab antiquis tradita ſive ostendit Franciscus Floridus Sabini lib. 1. ſuccifularū lectionum cap. 13. Librorum autem Numa Pomplij mentionem etiam facit Livius inſta lib. 40. Vide & Gellium noctū Atticarum lib. 17.

Capite eius velato] Ita legendum eſt, ne Nume caput obte-ſtum ſive intelligatur, ſed augurii, annotat Calius, lib. 20. cap. 12. lectionum antiquarum.

Litum appellauerunt] Delitno vide Macrobius lib. 6. Sa- Lituus, turnatum cap. 8. Gellium lib. 5. cap. 8.

Propeſtu in vrbem agritum que capto] Sic Cicero lib. 2. de Auspiciis: Augures vrbemq; & agros, & templū liberata & effusa ha- bento. Vrbana ſiquidem auspicia definiuntur pomerio, & ex arce in vrbe ſe augures augurium agebant. Idem quinque agrorum ge- Auspicia a- nera ex auspicis diſtinguebant, Romanum, Gabinum, Peregrinum, gorum. Hosticū, Incertum.

Dextras ad meridiem partes] Hanc distinctionem videt An- nobius libro aduersus gentes quartu, ſcribitq; pro ratione ſitus cor- Dextra & ſi portis variare mundi partes, vel leuas vel dextras. Nam quidquid te- nitis, ex omni parte rotunditate ſolidā conuexum, definiunt aliquat finis aut initio portione non potest. De quo videt nota ab Adriano Junio lib. 3. animaduferorum cap. 3. Calio lectionum antiquarū lib. 1. cap. 10. Solinus verò dextra in mundo vocat septentrionalia, leua me- ridionalia, cùm de Taprobane incolis loquitur. Aristoteli dextra ſunt exortua, leua occidua. Plinio contraria leua exortina, dextra occidua. Antica ad meridiem, poſtice ad septentrionem. Varroni quoque ſinistra ab oriente ſunt in templo effandi, dextra ab occidu, an- tica ad meridiem, poſtice ad septentrionem, prout Tornebus anno- tavit, lib. 18. cap. 35. aduersiorum.

De templo descendit] Templo, id eſt, loco augurij. Templum enim, vt tradit Varro lib. 6. de lingua Latina, tribus modis dicitur, ab natura, ab auspicio, ab ſimilitudine, ab natura in celo, ab auspicijs in terra, ab ſimilitudine, ſub terra. Templo ergo in augurali ſcien- tia regiones ſunt, aut agri, certo carmine ab augure lito ſiniti & notati, vnde in omnes celestes partes ad augurium captandum, liber erat.

erat aspectus. Nam in templis liber quoquā versum affectus erat, ut interdum augures ea quorū altitudo aūspicij observet, demoliri iubarent. Ideoq; submissiorem alij eadem honoris C. Marius fecit, ne si forte officere publicis aūspicij, augures eam demoliri cogerent.

Ianus. [Janum ad infimum Argiletum.] Alij Tatum & Romulum templi eius authorem referunt, vt qui cum fodus inter eos iūcum effet, communem Deum, tanquam faderis testem inter duos reges & duos populos Janum bifrontem esse conseruent, atq; eidem hoc templo in eodem loco, ubi nunc ruine S. Catharinae edicū conspiciuntur, constituerū. Alij insuper Cn. Duiliū yonisse, Tiberium verò adiūcasse afferunt. Verū diuersa se authorum sententia inde nate videantur, quod apud posteras plures Ianos suisse cultos, certò constat, cām apud veteres unus sit creditus. Tu vide ea que sunt apud Pliniū lib. 3. cap. 4. Plutarchum in vita Numa, & libro de fortuna Roma. Virgil. lib. 7. Sunt gemina. Claudianum lib. 2. de laudibus Stiliconis. Porro vt de auctore templi Iani scriptores variat, sic cur bifrons Ianus a veteribus singulatur, diversa sunt rationes. Plutarchus ideo quidem quid ferum & sylvestrem cultum in urbaniū ciuitatiē mutauerit, & tanquam alteram ex altera formam, dispositionē reddiderit. Fulgentius in Mythol. quid preterita & futura respicit. Alij Janum soleū esse putant, & genitum fixerint, quod viriū Janus celestis potens, exoriens aperiat, occidens claudat. Alij mundum intelligent vel colum, & quāfā Eanti dictum putarunt ab eundo, vt inquit Cicero libro de natura Deorum 2. quid mundus semper ea, dum in orbem voluitur, & ex se initium faciens in se refertur. Alij deinde, quid superiorum & inferiorū Ianitor extiterit, nūcipatum crediderunt. Tu vide Plutarchum Problemata 21. Pliniū lib. 3. cap. 7. & 36. cap. 5. Augustinum lib. 3. cap. 9. de ciuitate Dei.

Omnium primum] Instituta religionis exemplum, quo docemur gentilium etiam principes, quibus veri Dei nulla erat cognitio, imperia tamen sua a diuinariis rerum obseruatione & cultu aūspicatos esse.

Numa cum Aegiria cōgressus. Simulatibi cum Dea Aegiria] Nimirus Minoi astutian secutus, qui se in antrum Iouis recipiebat, diuīj ibi moratus leges fibi à Ioue traditas afferebat, vt suis ad obsequium nō modo imperio, sed etiam religione constringeret, quam ex Strabone historiam recitat Volaterranus lib. 34. Philologia. Val. lib. 1. cap. 3. Ceterum frētū hēc an altera Aegiria non fatis liquet, qua à mulieribus colebatur, quid eam opūlari credeant partiuērēdo: unde & illi nō men. Plutarchus in Numa multa de Egeria scribit, qua & ab alijs traduntur. Sed illud præterea addit, quomodo huiusmodi Dearum congressus fieri cum hominibus existimarentur a gentibus. Meminere porro Egeria Laetantius lib. 1. cap. 22. diuinarium instit. August. lib. 7. cap. 1. & lib. 7. cap. 35. Cūtitatis Dei. Cicero lib. 1. de legibus. Valerius Max. lib. 3. Ouidius lib. 3. Faſor. Sabellicus lib. 3. Ennead. & lib. 2. cap. 2. Ethnicorum exemplorum. Acron. in lib. 2. Epif. Horatij. Et Ennius de Egerie cum rege Numa colloquio in annalibus scripsit: Olli respondeat suauis sonus Egeriae.

Duodecim menses] Romulus enim ante dēcē tantum mensum spacio annū finire voluit. Nec nō quidem exemplo cūm longiorē mensurā numerum Barbarorum quidā & Græcorum habuerint. Apud Aegyptios enim quatuor mensibus, apud Arcades tribus, Arcananas sex finiebatur annus. De quare multa lēge apud Plutarchum lib. 2. cap. 32. De placitis Philoph. Xenophontem in equinociis. Cenorum cap. 15. Strabonem lib. 17. Pliniū lib. 7. cap. 4. lib. 2. cap. 8. & lib. 18. cap. 25. Solinum cap. 3. Polybiſt. Macrobium lib. 2. in somnum Scip. cap. 11. & lib. 1. cap. 12. Saturnal. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 4. Calum Rhodig. lib. 18. cap. 37. & lib. 24. cap. 12. Ovid. lib. 1. Faſorum, & ex Neoterici quoque Ringelbergium in lib. de tempore.

Solstitiali] Id est, solari. Nam eti solstitialis à solsticio deducitur, tamē in eo sapientiū solis tantum significatio attēditur, ut solstitialis sit idem quod solaris. Sic Solinus: Quia solstitiali plaga obvia est, id est, solari plaga, & meridiē. Adrianus Tornebus lib. 24. anniversariorum cap. 38.

Mensibus interponendis] Nannius lib. 5. Miscellaneorum legit interponendas, non aſcripturas nisi inter Macrobiū, (qui hunc locum loco praallegato quasi ex professo interpretatur) & M. Ciceronem in quarta Verrinarum actionum ingens effet discordia. Nam apud Macrobiū singulis octembris apud Græcos tertii menses intercalantur. Contrā apud Ciceronem non menses intercalantur, sed menses dies aliquot per intercalationem inseruntur.

Fasti dies. Nefasti. Fastos fecit] Fasti duobus modis intelliguntur. Fastos enim dies

interdum festos dici Fasti Pompeius author est, quomodo accipi videntur in libris Ouidij qui Fasti inscribuntur. His enim in libris festa solū que sunt singulis mensibus, exponit. Alio autem modo Fasti dies intelliguntur, in quibus hac tria verba: Do, dico, addico, prætorē fari licet. Sic enim veteres omnes, vt Varro, Ouidius, Fasti Pompeius, & Macrobius explicant. Nefasti contrā ē erant, in quibus ea verba prætorē fari nō poterat. Nec verò si serui ac festis hac tria verba prætorē fari non licet, idcirco festi dies erant nefasti. Nam & nefasti omnes profecti sunt, & cū in festis illis tria verba fari non posset, id ad Deorum cultum referebatur. Quid autem illa tria verba, Do, Dico, Addico significarent, quoniam multi de eo dubitare posunt, dicamus. Prætor quidem hoc loco intelligitur, qui inter cives peregrinos ē ius dicit. Eius autem omnis iuriū dictio & potestas tribus rebus continebatur, & concedenda agendi potestate ei qui periret, & iure inter aduersarios dicundo, & re de qua agitur adiudicanda. Primum illud dicebatur dare agendi potestatem, secundum dicens ducere a credere, tertium addicere, id est, iudicare.

Ipse plurima sacra obibat] Vt itatum enim tam apud Gracos quam Romanos fuit, reges sacerdotia obire. Vnde Virgilius de rege Delli Anio loquens, ita ait:

Rex Anius, rex idem hominum, Phœbiq; sacerdos. Accidem lib. 2. & 5. Dionysius refert.

Dilem flaminem pertinent] De flaminum institutione Flamines quis parum inter authores conuenit. Plutarchus enim in Numa ita scribit: Iouīg Martiāg sacerdotibus à Romulo constitutis, tertium ipse Romuli constituit, quem flaminem Quirinalem vocavit. Vocabant & sacerdotes anteā confititos flammes, à pileis, quibus ad regenda capitā vtebantur, quāfā pilamines quidam essent. Econtra Dionysius & Littius Flaminum omnium originem Numa tribuunt. Erat autem Flamen sacerdotis nōmē, qui alicui Deo peculiariter consecratus evīni singillatim sacra faciebat, à quo & nomen obtinebat, vt is qui lōniā sacra curabat, vel Martis aut Quirini, à flamen Diali, Martialis & Quirinalis vocabatur. Nomini autem ratio trācta ē sī filo, quo caput cinctum habeant, prout docent Varro lib. 4. de lingua Latina, & Servius super Virgilium. Nam nudis penitus capitibus eos incedere nefas erat. Vnde à filo quo vtebantur flamines dī, quāfā pilamines. Plutarchus in Numa eos à pileo Pilamines primo pōt flamines dītos putat, quod non placet. Nam & pontifices & alijs sacerdotes pileos g̃erebant, & ramen flamines nō sunt appellati. Sunt qui eos à sacris infulis flamines dītos putat, quas in capite gestabant que ab antiquis flamine dicebantur, sive à flameo, quād genus est tegminis capitū, quod patius mulierem est quād virorum.

Dilem flaminem] Hic Dionysius & Littius authoribus à Numa, velvr Plutarchus tradit à Romulo ipso Ioui institutus fuit. Dītus autem est Diali sī 78 dīs, hoc est, à Ioue qui dīs dicitur, quāfā Iouialis, à quo vita dari potest ab hominibus. Cui flamen ceremonias multas impositas fuisse liquet, quas ex Fabio Picatore, Mafurio Sabino, M. Varrone, Plutarcho in Problematis, Gellio lib. 10. cap. 15. ceterāg libris, qui de sacerdotibus publicis conscripti sunt, excerptis Onuphrius Paninius in libro de ciuitate Romana, sub capite de flamine Diali.

Marti ynum] Hunc quidem à Numa institutū Liuius & Dionysius tradunt. At Plutarchus à Romulo, quid Romuli vrbis conditoris Mars pater creditus sit. Hic patritius & maior flamen erat.

Alterum Quirino] Et hic Flamen maior & patritius in honore Quirini. Romuli à Numa institutus est, quid Romulus parens & vrbis conditor Quirinum appellatus fuisse, sine ab hysto quāfā Sabino Romulus lingua quiris dicitur, sine quād Cares bellō vicerit, sive à Marte patre, qui etiam Quirinus, dum armis abiecit, dicitus est. De quo videlicet Plutarchum in Romulo, Eutropium lib. 1. cap. 4. Sabel. lib. 3. Enn. Ovid. lib. 3. Faſorum. Solebant autem veteres mortuis consecratis immutare nomina, banc nimirū ob causam, ne quis homines fuisse existimat, sed Deos potius immortales, & humanarū rerum curatores. Sic quoq; Leda Nemesis, Circe Marica, & Ino, postea quād se precipitauit, Leucothea nominata est, de qua consuetudine Laetantius lib. 1. instit. diuin. cap. 21. Cælius lib. 1. cap. 19. Inde verò ab Homero vīg opinio fuit, alijs res vocabulis apud Deos esse, alijs apud homines, hinc illud Homerū:

Ἐανθὲν μὲν ἡγέτους θεούς, αὐτὸς δὲ στάματος.

Χαρκίδην τελέσαντος θεοῦ αὐτὸς δὲ κυπρίδιον.

Virginesq; Vesta legit] Geganiām scilicet & Beremiam, vestes virgines deinde addiderunt Camiliam, Tarpeiam, & alias, quarum officium erat, impollutā virginitate perpetuū custodiare ignem, qui si forte negligenter extingueretur, flagris pœnas luebant. Ceterū de virgi-

de virginum Vestialium institutione, auctores, ut & de alijs variat. Dionysius lib. 2. & Plutarchus in Romuli & Numa vitiis eam Numen tribuunt. Alij verò (vt tradit Plutarchus) inter quos Virgilius est, veteris id institutum putant. Easq; ex Troianis ad Lauinios pri-
mum, deinde Albanos, postrem ad Romanos cōmigrasse, Virgilius 2.
Aeneidos:

Sic ait, & manibus virtas; Vestamq; potentem,
Aeternamq; adyis effert penetrabilis ignem.

Vesta enim ignis perpetuus datus erat, a sacris virginibus custo-
ditus. Eam autem terram esse quidam credunt, alijs verò Vestam nihil
aliud esse, quam purum ignem arbitrantur. Alij porrò eandem,
que & Opis & Cybele omnium Deorum mater dicitur, esse opinati
sunt. Cuīs sacra, vigilem scilicet ignem, cum virginibus, Penitibus,
& Palladio Aeneas ex Troia in Latium tulit, & condito Lauino, Ve-
ste adem sacravit, in qua etiam hac sacra condidit. De quo vide plu-
ra apud Onuphrium in civitate Romā, sub cap. de virginib. Vestalib.

Salios item duodecim Marti Graduo legit] Virgilius
lib. 3. Aenei. Salios Herculi tribuit, qui hic Linio sicut Martis Gra-
dui. Sicenim scribit:

Tum Salij ad cantus intensa altaria circum,
Populei ibant cuncti tempora ramis.

Salij verò vocati sunt, vt Plutarchus in Numa tradit, nō à viro
Samothrace seu Mantineo Salo nomine, sed ab ipso potius triplido
saltatorio, quod vehementius robustiusq; per urbem euntes, subsal-
tant, quam ad mensum Martium sacra scuta, que ancilia diceban-
tur, susciperet, induit puniceis tunicis, aneis balteis latisq; succin-
cti, ancas in capite galeas portantes, & paruis gladiis arma pulsantes. Idem sere scribit Dionysius lib. 2. Simil quoq; Varro à saltando
dictos existimat cum Febo Pompeio. Cererū numerum duodenari-
um deinde Tullus Hosilius duplasse fertur, & ita quidem, vt
quatuor & viginti belli, pacisq; temporibus cooptarentur, & hinc
quoq; Appius Claudius triumphalit, Scipio Africanus, & L. Bibacu-
lus inter Salios esse, & haec sacra attrectare gloria duxere. De hisce
preferat alios vide Tornebum lib. 13. aduersariorum cap. 8.

Ancilia appellantur] De anciliis hac produnt Dionysius &
Plutarchus: Annū iam oī auum regnante Numa, mōrbus inua-
rat ciuitatem, cunctis verò mōribus, traditor securum eneum è
celo delapsū in Numē manibus decidiſſe. Quid in urbis salutem
missum Egeriam sibi retulisse Numa tradidit, oportereq; id affirma-
ri, alijs vindicem ad illius figuram, magnitudinem, formamq; effi-
ctis, quō dubium ob similitudinem esset, coelestis illius adipiscendi.
Additq; Numa se à Mūsi cognovisse eam urbem, ubi id Ancile aſſer-
ueretur, omniū potentiā ſtam futuram. Quo factō cū pēfis
ceſſaſet, ſcurum autem ex eius imperio cū effingere artifices cer-
taſſent, diſſidentibus ac defēteribus ceteris, Mamuriū Vetus-
riū preſtantissimum artis eius opificem, vñque adeo eius ſimilitu-
dinem effinxisse, ſtrixiſſeq; omnia ſimilia, vt ne Numa quidem id
cognoveret. Horum verò ſcurorum cuſtodes Salios XII. legit, quot
ſuerant fabrefabla ſcuri, à quibus ſacrū anniversarii efferentur
per urbem. Ia autem ſcutum breue fuit, ideoquā ancile appellatum,
quod ex utroque latero eſſet reciſum, & ſummum inſtruimētum eius
latus medio patēret. Mamuriū autem XI. anciliorum a ſe ſabro-
rum prēmī loco popoſcit, vt ſuum nomen inter carmina Salij can-
tarent. Ideo Mamuriū Vetus ſic nomen in cantibus Salij Romani ma-
xiſe frequentabant.

Carmina cum triptudis] Carmina Saliorum initium Poëti-
cos apud Romanos Varro dicit, quod obſcuriſſimum erat. Eius me-
minit Flaccus, Iam Salare Numa Carmen. Erat & axamenta car-
mina, quæ à Salis componebātur in honore ſingularum Deorum,
vt Ianaiſi versus, Iunonij, Mineruji ab axo, quod eft nominō, applica-
ta, Tornebus lib. 22. aduersariorum, cap. 24. Licer Paniniſſus axa-
menta vocata exiftim, quæ effent in memoriam hominum compo-
ſita, vt Mamuriū & Volumnia. Nam in Deos ſingulorū versus ſicut à
nominiſbus eorum appellabantur. Salij autem non à populo, ſed à
magiftriſ collēgi legi ſolebant patriit̄ adolescentes, quorum ve-
que paenit viueret, nec in magistratu eſſet. Legē quoq; cautum erat,
vt Salij liberi effent.

Pontifex Maximus.] Ut quā maximarū rerum in cultu
diuino dominus eſſet, ſacra dijudicaret, in rebus ad Deos ſpectanti-
bus leges ſtatueret, quibus aris, quibus Dijs, quibusq; boſtis, qui-
bus diebus, & ad qua templa ſacra fieri deberent, alijs indicaret.
De quorum electione, officio & dignitate Dionysius, Plutarchus,
Liuſius, Floridus lib. 2. Rome triumphans, Alexander ab Alexandro,
lib. 2. cap. 8. & lib. 5. cap. 10. Fuit verò hic Martius Marci ſi-

lius & ipſius Numa gener, cui omnia publica & priuata ſubiecit
ſacra.

Iovi Elio] Is ſic dictus eſt ab elicio vel extra abēdo, vt Var- Iupiter ell-
ro ait, cuius ara in Auentino fuit. Ouidius tertio Faſcorum:
Eliciūt celo te Iupiter, vnde minores

Nunc quoq; te celebant, Eliciūt, vocant.

Solemib⁹ enim quibusdam verbis pronunciatis, iouem de celo
ad ſua ſacrificia educi poſſe putabant veteres, de quare Caius Rhodius
digimus lib. 16. cap. 14. Ex Pifone yetiſſimo authore. Arnobius in
quanto ex ſecundo Hisboriarum Antiatis libro. Plutarchus autem
Eliciūt iouem videtur à Graca voce iacto, id eſt, proprie, deducere,
ipſum in vita Numa legit. Legimus & apud Hefſchium in Cypro
etiam, iouem cultum.

Propolfo legum ac peccariorum metu] Nannius lib. 5. Mi-
ſcellaneorum ſibi perſuaderet legendum, pro ipſo non propolfo, vt pro
ipſo corruptum ſit in propolfo. Nimirum religionem ſucceffe in vi-
cem meru legum ac peneātū. Ut autem ſuam diuinationem ſequi-
tur, ſunt teſtimonia Codici, ſic ea diuinatio Fabij Pictoris ſimili ſen-
tentia uatur cum libro primo ſic ait: Nullo tunc vindice aut me-
tu, ſed ſua sponte retribuunt fidem & rethum.

Marcium Marci filium] Mirabile eſt in ſcriptis libris diſcre-
pantia, vt Nannius loco preſaglio admonet. Alij enim habent Mar-
cum Flauium, alijs M. Fulvium, nonnulli M. Furium. Quid verò me-
lius ſit in medio diſceptandum relinquit.

Etcum ipſi homines in regis velutini vniſi exempli] Pre-
clara yōbū, cuius alii ſimiles cūi alibi, rum apud Claudioſianum ad
Honoriū extant, cūm elegantiſime ſcribit:

Componitur orbiſ

Regis ad exemplum: nec ſic inſtricere, ſenſus

Humanos edicthalaverat, quam vita rogenit.

Nec contemenda eſt Nazianzeni ſententia ſcribit: Sicue per
principem cūm benefacit plurimorum vita & ſalutis conſultatur, ita
& errorem principis ad multorum perniciem pertinere.

Quod earum ſibi concilia] Nannius lib. 5. Miſcellancorum,
et ſcripti codices cum vulgatis conſentiant, pro ſibi inibi legendum
arbitratur, & ob id lucum illum Muſis eſſe dicatum, quid ibi colla-
quia vñore eius cum Deabus eſſent. Sub nomine autem Deorum Mi-
ſias intelligit Liuſius, quas Theocritus perpetuò Nymphas appellat.
Habet enim id magnificientiam, cūm genus pro ſpecie ſubſtituit. Et
ita dirimi poſſe videtur diſputatio, que eſt inter Dionysium lib. 2.
ſcribentis, Egeriam nympham fuſſe. & alio docentes non Nym-
pham, ſed Muſarum vñam, prout refert Gyraldus Syntagma ſi, fib-
rit de Nymphis. Porro Luci ſylue erant in confetti villa fundi, q; in-
cedus Dys conſerata, quae ferro temere ne nefas erat, Pkinus de
arboribus. Hec ſuere numinum templaz, priſcoq; ritu ſimplicia rura,
etiamnum Deo preſentem arborem dicant, nec magis auro ful-
gentia atq; ebore ſimulachra, quam lucos & in iis ſilentiis ipſa ado-
ramus, erant enim in vrbe luci, non tū in agri.

Argos pontifices vocant] Ridiculam exiſtimat Nannius
loco preſaglio interpretationem eorum, qui putant Argos, Scy-
peos, hic eſſe homines, qui cum facibus de ponte deiſciebantur, ex in-
ſtituto Herculis. Nam ipsa ſacra, & loca, vbi ſacrū operam dabant,
Pontificibus Argei deiſciebantur. Sacra ob antiquitatem cum ſuis ri-
tibus iampridem abolita ſunt. Loca multa in Roma Argeorum nomi-
nentur, vt videat eſt apud Varonem lib. 4. de lingue Latina, vbi
nunc quintum, nunc extum, Argeorum ſacrarium citatur. Fabius
Pictor viuēſum campum ſeptem collibus ſubdens, vſq; ad Tyberim
duplici nomine Lybifum & Argenum vocat.

Albani] Qui vñbre Albani ab Ascanio oīm conditam inhabi-
tabant, qua ab vrbe diſlabat, ſi Entropio ſides adiubenda eſt, duode-
cim militibus, & zo. iam annis caput regni fuerat, vel ſecundum
alios quingentis minus tredecim. Hanc autem ciuitatem alijs ab
Albano monte vbi ſita eſt, dictam patant. Marcus verò Varro pro-
pter colorum ſuū, cui aſſipulatur quoq; liber tertius Aeneidos, & li-
ber octauus, vbi hac carmina repetuntur. Vide quoque Pliniū lib.
3. cap. 5.

Bellum in diſxit] Diſerit enim in Romuli cum Albani ſadere
expressum fuit, vt neutra ciuitatum bellum inchoaret, atq; vira ſe-
lefam aliquando quereretur, ab iniuria authoribus iuſta recipere,
quod ſi non reddeſentur, tūm demum neceſſari ruptis ſaderibus in-
diceretur bellum. Albani igitur cum agrum Romanum latrocinij
inuafſent, nec petentibus iuſta reddeſent, iure bellum inide-
runt. Cuius reverba & ceremonias lege apud Alexandrum ab Ale-
xandro lib. 1. cap. 14.

Lau-

Mamuriū
Veſtius

Saliorū cor-
men.

Axamenta
carmina.

Pontifex
Maximus.

Martius Nu-
ma gener.

Egeria an
Deorum vñ
Phas...

Lucas quid?

Argei qui

Albani,

Lauiniūm ab Troia. *Aeneas enim Lauinia Latini regis filia in uxorem ducta, Lauiniūm condidit, & de uxoris nomine dixit, Aeneanūs verò mortuo patri succedens, tricefimo post conditū Lauiniū anno, maiorem urbem condidit sub Albano monte, eamq; à situ Alba longam vocavit, coloniamq; eō Lauiniorum, Deosq; penates ab Aenea delitos deduxit.*

Mētium Sufficiūm. *Quem omnes ferū Romanorum historie virum, neque bello idoneum, neque paci firmum custodem appellant.*

Fœcialis. *Fœcialis regem.* *Varro fœciales inquit dicti, quod fidei publicae inter populos præerant. Nam per hos siebat, ut iussum conciperebatur bellum, & ut fadere fides pacis constitueretur, & ex his mittabant, antequam conciperetur, qui res repeterentur. Dionysius eos dici.*

Eis novis. *Gratē putat ei eis dixisse, & à Numa institutos esse dicit, sumptu ab Equicolis exemplo, apud quos, ut Valerius scribit, primus Servor Re-siūs insituit. Meminit eorundem Varro libro 3. Sextus Pompeius Fœciales inquit a faciendo sunt dicti, apud hos enim belli, paciū, facienda tuis est. Munera eorum principia Dionysius describit, & Cicero lib. i. de legib. Quot eorum fuerint, ambigit Tornebus in annotationibus suis ad dictum Ciceronis locum. Feuisse autem eorum collegium ex Lutio cognosci potest, qui in frā lib. 3. 6. scribit: Consul inde M^o. Acilius ex S. C. ad collegium Fœcialium retulit, ipsi ne-riquere regi Antiochō bellum indiceretur. Porī vnu horū Fœcialium patet patratus dicebatur, cuius munus erat, cum pax aut fidelis fa-cienda esset, verba facere.*

Sagmina. *Sagmina, inquit, ter rex posco.* *De Sagminib; Plinius lib. Verbenac. 22. Hoc etiam herba verbenaca vocatur Latinē, à Gracī ī eo Catāvī dicit, hoc est, sacra herba, ut idem Plinius docet lib. 25. annotauit id Budus in annotationibus prioribus ad Pandectas.*

Capillosq; tangens. *Buslidianus codex, ut Nanius libro 5. miscellaneorum annotat, non tangens, sed tegens habet. In sacrī Deorum caput operri & regi soler, & apud Plutarchum in vita Nu-me, Numa capite operto sedet, cum de eo in regem creando auguria captantur, quod tamē rediū Namius non audet definire. Id ad Fraus quidē virilitatem rūdiorum hic adiūcendum. Fraudem appellari hic malitiosū sederis interpretationem, cum sententia violata verbū fa-tis facimus, ut ille qui cum certos dies inducis asserferat, noctū ho-silia fecit, quasi de noctibus nihil omnino caurum esset. Pūlchrē ad modum hac distinguunt Paulus Iureconsultus ff. de legib; & Sena-tus Consultus. Contra legem facit, qui id facit, quod lex prohibet. In fraudem verū legū, qui falsū verbū legū; sententiam eius circum-uenit.*

Sine fraude mea. *Hoc est, salvo meo aliorūq; iure. Ita interpretatur Budus in priorib; annotationibus ad Pandectas.*

Haud dispicetres Tullio. *Boni ducis exemplum est Hosti-lus, qui dum suis parcer militibus, salutem quoque hostium querit, consilando, quo pacto bellum atracissimum, paucorum cede dirimi posuit. Non fortis immemor Mylenai dexterij, qui probabat victorias sine sanguine partas, magno autē ciuium cruce emptas, hoc est, Cadmēas, non victorias existimabat.*

Vnueris solus nequaquam par. *Verijsimilē enim est illud Homeri lib. v. Odyss. χαεν διδει προκλει την πολλὴν. Difficile ac durum est vnu compescere multos. Qui etiā Iliados & Aeneam aliquo strenuum stiffe singit, cum aduersus duos dimicandum es-set, quo docere voluit, neminem vīque adeo excellere viribus, ut vnu pluribus par esse possit.*

Capesit fugam. *Astus in fallendo hoste. Huc autem illud An-tigoni Imperatoris pertinet, qui cum aliquando cederet hostibus im-minentibus, se nequaquam fugere, sed virilitatem a tergo stram, per-segit ducet, sentiens non esse turpe fugere, quoties expedit hosti da-re locum, ad suum vīg. tempus.*

Victori obicitur hosti. *Militaris fortitudinis exemplum. Simile autem historiam ex Dēmarati secundo rerum Arcadiacarum libro, apud Plutarchum 32. cap. Paral. legimus.*

Paludamentū sponsi. *Paludamentū vestē effē imperatorum, scribit Tranquillus in Cesare, Blondus libro 9. Roma triumphantis. Alexander ab Alexandro libro 3. cap. 3. & lib. 5. cap. 18. Fe-stus tamen omnia militaria ornamenti paludamenta dici, in libris auguralibus affirmare videtur. Plutarchus in Philopomene tunicas equestris vocat, in Lutculo & c. d. a. vī opinor pro paludamento posuit, in Crasso verō & c. d. a. pro paludamento purpureo dixit. Quo genere vestis etiam Graci equites vrebantur, quam l. q. a. m. l. a. Athēneus in quinto vocat. Paludamentū autem picturā ad virtutē ex Ro-manorum marmoribus expressam inuenies apud Lazarum Baistum.*

in fine capitū primi in L. V. festi. ff. de auro & argento legato.

Flebiliter sponsum mortuum. *Vestesq; praē mortore animi omnes laceras. Cuius orationem patheticam, qua in fratrem inue-bitur, vide apud Dionysium. Est autem coniugis amoris notatu-dignum exemplum.*

Abi cum immaturo. *Exemplum præclarum salutem patriæ longi saluti nostrarum præferendam esse. Historiam copiosius describunt Valerius Maximus, lib. 6. cap. 3. & lib. 8. cap. 1. Plutarchus, cap. 33. Paral. Augustinus lib. 3. cap. 14. Clitatis. Volaterranus lib. 17. cap. 3. Anthropol.*

Duumiros inquit. *Hos primum in iudicio perduellionis & duumiri. Tullio factos, ex hoc Lutio loco apparet. Eorū unū verò erit am pōf memini in iudicio M. Manlij de affectata tyrāne, sed hos cūm rato crea-tos, tūm poftrem vetus late euauisfe comperio, nisi quid in confu-latu Ciceronis C. & L. Cesares creati sunt; idz, non à populo, sed vt tum mos erat, à pratore (sic enim narrat Dio) vt C. Rabirio, qui Sa-turninum Tribunum plebis sua manu necarat, perduellionem iudi-carent, à quibus damnatus, cūm ad populum pronocasset, nobili, que extat, oratione à consule Cicerone defensus, est abolitus. De ho-rum origine & officio lege Fenestellam cap. 5. Pomp. Letam cap. 6. de Rom. mag. Blondum lib. 4. Roma triumphantis. Alexander ab Ale-xandro, lib. 3. cap. 16.*

Solutū crines. *Ad veterem morem hoc referendum est, quo in soluere cī- signum triflītū crines soluebantur. Meminit eius moris & Ouidius lib. 3. Faſorum.*

Si qua ramen grauida est, resolute crine precatar,

vt solutū partus molliter illa suos.

Et triflītū lib. 1. Eleg. 3.

Illa etiam ante lares fassis profrata capillis,

Contigit extructis ore tremente focis.

Perduellionem iudicent. *Quos nos hostes dicimus, eos ve-teres perduellionem iudicent, tōfītē Cato sub tit. de verbis significatiōne, peream adictionem indicantes, cum quibus bellum esset. Idz, etiam Varro de lingua Latina lib. 4. & Festus lib. 8. de verborum si-gnificatione restatis sunt. Multa verba, inquit Varro, aliud nō ofen-dunt, aliud autē significabunt, vt hostis. Nam cum ex verbo signifi-cabant peregrinum, qui suis legibus vteretur, nūc dicunt eu quēcum dicabant perduellionem. Et Festus: Hostis, inquit, apud antiquos peregrinus dicebatur, & qui nunc hostis perduellia. Ex quibus qui-dem Varrois & Festi locis, recte colliguntur, non vt olim, sc̄ nūc hostes populi Romani perduelles vocari. Si quidem vt V. plinius sit: is dūt taxat perduellio nūc dicendus est, qui hostili animo aduersus rempū vel principem suum animatus est, L. finali ff. ad L. Iuliam malebat. Igitur qui se nomine accusatur, is recte perduellionis reus fieri non intelligitur, quemadmodum alii qui hostis iudicabatur, illi perduellio iudicari dicebatur. Proinde sic Lutius intelligendus, vt contendenterit, ei qui horrendū aliquod crimen commiscent, perduellionem eo tempore solere iudicari, quo moris fuisse apud Romanos videtur, vt ciui Romano, de cuius capite iudicium erat, autē perduellio iudicaretur, hoc est, ciuius exemptus numero patria hostis pronunciaretur, quam capitale sumi de ciue Romano suppliciū pos-set, prout tradit Iacobus Rewardus cap. 27. ad leges XXI. tabularum. Et has quidē interpretatio eo verisimilior videtur, quid filiū suū Horatiorum populi fauore ab solutum, pater quibusdam sacrificijs pia-cularib; peradū, veluti sub iugum misericordia. Quia igitur præter hostes nulli sub iugum mitti confuerant, hinc recte ratiocinabitur, ideo missum veluti sub iugum, quia Horatio duumiri perduellionem iudicauerat, hoc est, quia inter perduelles populi Roma. Horatiū re-ferendum esse, deinde vt perduellionem interimendum pronunciave-rant. Paulus verō Manutius libro de legib; Romanis, ideo Horatiū factum, quid parvicidium fuerit, lege perduellionis iudicatum exi-stimat, vel quia Numā vir sanctissimus parvicidium omne voluerit esse perduellionem, vel quia si non omniparvicidium, saltē illud quod in cognatis affinesue committeretur. Signorius lib. 2. cap. 18. de antiquo iure ciuium Romanorum minime Lutij sententiam probat, qui iudicium hoc perduellionis vocari, nisi forte perduellionem ap-pellemus, non quid ille foro rem, id enim parvicidium erat, sed quod hominem in conspectu vel regis, vel populi Romani interfecrat, in quo maiestatem ciuitatis diminuerat. De perduellione autem in-quifitrum esse credit in Junios, Vitellios & Aquilios, qui de prodenda regibus patria, nefaria & scelerata consilia habuerant, quos Brutus primus consul supremo supplicio affectit. Porro lege perduellio-nis primum duumiri iudicabant, deinde ad populum prouocatio-re erat. Declarat hoc oratio pro Rabrio perduellionis reo.*

Horren-

Horrendi carminis erat] Ita legendum esse, & non criminis, multis autoritatib. ostendit Caius lectioni antiquarū lib. 10. cap. 7.

Infelix ar-
hor.
Felix ar-
bor.

Infelici arbore resti suspendito] Tornebus lib. 4. cap. 3. Infelici arborem intelligit sibi item & furcam, de qua sōntes suspenduntur. Neg. enim villa arbor, aut vnum lignum infelicitus est. Faciles autem arbores Cato dixit, que fructum ferunt, infelices que non ferunt. Plinius autor est infelices existimari, damnatae vel g. religione, que neq. seruntur vñquam neg. fructum ferunt. At Veranius de verbis pontificibus, Faciles (inquit) arbores putatur, querens, osculus, ilex, sapinus, fagus, corylus, sorbus, fucus, alba, pyrus, malus, vitis, prunus. De quo Latus Celsus lib. 10. cap. 7. lec. antiq. Brodeus lib. 4. Mi. cel. cap. 6.

Patrio iure in filium] Indicat hic locus Numam ius necis & seuerioris in filios animaduersonis non penitus ademisse parentibus, licet omne ius vendendi filios connubio consensu iunctos, parentibus expressa lege ademerit, ut Dianyfus scribit.

Imperatum patri] Dionysius id negotiorum pontificibus datum prodidit, qui duas esse extricas aras air: sunionvnam, cui ius fororum curae esset, Iano alteram, ad quas Curiatiorum & Horatiae imperfecta manes sint vocati.

Tigillum
quid?

Transmissio per viam Tigillo] Cuins hac forma fuit, vt duo recta tigilla defixa starent, tertiumq. superne duobus illis transfuerunt imponeretur. Dionysius verò ait, aduersis parietibus suffultum suisse Hostiliū tigillum. Quonodo autem sub ingum misi sint sepe milites, docet Liutius hoc eodem lib. & lib. 9. vbi Samnites sub ingum misi sint.

Pauoris &
Palloris te-
plum.

Pauori & pallori] Id Augustinus his verbis luculentius explicat: Hostilius certa rex, Deus & ipse notus Pauorem atq. Pallorem propiciandos non introduceret, si faciliterem de am nosceret & coleret, &c. Ita verò accidit, cum commiso inter Romanos & Veientes prelio, nunciatum esset Tello Hostilio regi, Albanos deciscere, pallcreq. & patere ob eam rem Romanos videret, ipse in re trepidi templum vovit Pallori & Pauori.

Sacrificium
lustrale.

Sacrificium lustrale] Varia lustrationum genera fuisse apud Romanos: Si verò exercitus lufrādus esset, in campo Martio exercitus instruebatur, & sue, aut hircos, oves & tauros lufrabatur. Milites ipsi lauro coronati, rem diuinā faciebant, sub diis, & hunc lustrandi morem Seruium regem primū instituisse ferunt. Alij hanc exercitus lustrationem ita peragebant, suem, ouem, taurum, qui puri essent, et circum acies instructas precedente pompa ducebant, Marti, Deo intulabant.

Dimicatio maior ac periculosior] Hinc itaq. dices, ducis improbit. item praefinitissimum exercitus venenum esse. Probè igitur Pausanias percunctanti quo pacto debellari Thraces possent, respondit: Si qui vir optimus est, eum bellī ducem delegerimus: Admonens plūrimum ad vñctoriam momenti in imperatore esse. Quemadmodum in omni negotio magni resert, quales sint, quibus rei gerenda creditur authoritas.

Populum omnem Albanum Romam traducere] Exemplum pietatis in hostes. Albanos enim ciues non tantum in urbem recepit Hostilius, sed eos quoq. qui genere & opibus illustres erant, in partes eligit, vixit Iulios, Seruulos, Geganios, Curiatios, Clarios, Quintilios. Item decem quoq. ex his equitum turmas fecit, veteresq. legiones supplevit, quae de re copiōsè Dionysium leges.

Duabus admotis quadrigis] De hac re lege Alexarchum lib. 3. rerum Italicarum: Plutarchum cap. 14. Paral. Gellius lib. 20. cap. 1. Virgilium lib. 8. Aeneidos: Clandianum in Gild. Hoc autem supplicij genus ab Hercule inuestitum esse constat, qui florenti adhuc atatem regem Eubœa Pyrechmen bellum Baorijus inferentem vicit, vñ diuinā pallis equinis ita alligavit, vt in duas dispergiretur partes, vt referat Plutarchus cap. 12. Paral.

Deuictos hostes gratulatur] Assentationis & adulacionis exemplum. Verum Dionysius scribit Tullum Hostiliū Veientibus astarias, levitatem & pruditionem luculentissima oratione aperiūsse, & deinde militibus circumsciprum, coram omnibus littorib. tradidisse.

Hostilia cu-
ria.

Curia Hostilia] Curia Hostilia duobus in locis Roma fuit. Altera namq. in foro ad pacis templū, vbi Hostilius rex prius habitauit, de qua Marrianus lib. 3. cap. 17. Altera in eo loco, vbi postea Diuī Iohannus & Pauli templū est constitutum, de qua idem lib. 4. cap. 19. In rostris quoq. Curiam Hostiliam conditam fuisse, Varro scribit, cuius Marrianus de antiquitatibus urbis non meminit.

Feronia.

Feronia fanum] Meminit huius Feronie Dionysius lib. 2. & rursus lib. 3. Virgilium lib. 8. Aeneidos, & rursus lib. 7. vbi inquit, Et

viridi gaudentis Feronia luco. Vbi Seruins Commentator ait, Feroniam virginem existimatam, veluti Iouem Anxurum, id est sine no- uacula, & perinde nondum abrasum, qui colerentur Terracine, que etiam aliquando Anxur fuit. Vide de eadem & Strabone lib. 5.

Patrio ritu Albani sacra facerent] Id sacram Albanum vel Albani sa- Latinas ferias appellatum putat Perianus lib. 3. de magist. Romano- crum. rum, quid omnes Latini ab Alba oriundi erant, vel cum Latinis fe- rīs effe coniunctam. De quibus infra lib. 42.

Nouendiale sacrum publicè susceptum] Caius lib. 17. cap. 21. tradit Nonendialium sacrorum consuetudinem inde natam, quid le sacrum. moris Ethniorum fuerit diebus novem mortuos ftere. Dupliciter vero Nouendiale sacrum actum est apud Romanos, uno modo cum defunctis parentibus, seq. lustrabant. Altero cum prodigium ali- quod accidisset, quod nouendiali sacro expiare solebant. Ita verò per- siciebatur, vt doctis placet: Novem dies astrictū Dei faciebant, quod sacrum indici solebat, vel à Pontifice Maximo, vel à Pre- tore urbano ex Senatus decreto, prout tradit Giraldus historie deo- rum Syntagma 17.

Ioui Elicio facta] Cui Numa Pompilius agam in Auentino e- rexerat. Vide sup.

Fulmine ipsum cum domo] Contemptū religionis pan- Scribit enim Plutarchus in vita Nume, Hostiliū honesta Nume facinora, & potissimum pietatem in Deos, irrisionibus & contu- melijs insecutum esse, vt res mulieres & inertes. Hoc igitur prodi- gium etiam extat apud Plinius, lib. 2. cap. 55. & lib. 28. cap. 2. V. der. Max. lib. 9. cap. 12. Caius lib. 16. cap. 14. Sabellicum lib. 2. cap. 5. Mul- tis verò persuasum est, Hostiliū humana fraude perisse, Anciā, Martij, qui post eum rex fuit, insidijs oppressum, vt cum procellojo die Rex domi sacra faceret, sit ille regiam ingressus, ibid. Hostiliū cum uxore & liberis intersecto domum incenderit. Vide Dionysium lib. 3. ea de re copiōsime.

Ancum Marēcum] Dictus est Ancus Mānū tēz̄ x̄s̄ ō, id est, à cubito, quem incurvum habuit, teste Zonara, Tomo 2. annualium, Seruio in 6. Aen. cidos.

Ex filiis Pompilia videlicet, que Martio pontifici nupsit. Hanc filium non ex uxore Tertia, sed ex altera Lucretia natam esse Plu- tarchus in vita Pompili scribit.

Aucta gloriæ memor] Liberi enim plerūq. vel Parentes, vel sui generis homines reserri solet. Vnde Proverbiū vulgo iactatur: τὸ πατρὸς δὲ τὸ παιδίον, patris est filius. Et illud quoq. Horatij, For- tes creantur fortibus & bonis.

Quod nunc faciales habent] De hac re copiōsè Plutarchus sus faciale. in vita Camilli, Dion. lib. 2. Gellius lib. 16. cap. 4. Seruins lib. 9. Aeneid. Principium pugne. Blondus lib. 4. Rome triumph. Calium Rhod. lib. 21. cap. 5.

Delcripsit) Ius faciale quo tempore, vel quo inuenitum sit, in- ter autores non constat. Facialis enim facerdotij yſum omnium ve- rustissimum apud Romanos fuisse, Fenekella docet, cum Tulli Hosti- liū tempore facerit, cui tamen nequaquam acribit, sed Alexander ab Alexandre à Tullo Hostilio, seu Anco Martio, vt verò alijs, & Numa Pompilio, faciales institutos putauit, qui ab Equicolis iura & verba solenaria, quibus res repertantur, & bella indicuntur, accepere, Hes- authore, de qua re & superius nonnulla à nobis annotata sunt.

Equicolis] Equicoli Umbrie populos in quarta regione Italia, que hodie ducatus Spoletanus appellatur, & Marsis sinuimus inter Samnites & Pelignos. Vnde terranus lib. 6. cap. 4. Geographia, hanc gentem, que ad Marsos pertinet, ait simul cum Clastido interijs- fe, & ex horum ruinis noua & vicina oppida excitata esse.

Iustū pieq. legatus venio) Hinc iusta bella sunt (que & pia iusta bella. dicebantur) que indicabantur rebus reperiri, non ex libidine sumpta. Cum autem iusta bella suscepta sunt, sunt etiam iusta gerenda, non per diuersiōe, non fidelitate, non acerbi, non ad intermissionem.

Quirine) Romulum intelligit vel Marrem, qui & ipse Quirinus Quicinus. dicitur fuit, vt supra annotatum est.

Hastam in fines) Multis gentibus id solenne fuisse legitur, vt Hastæ emi- bellum indutæ hastam mitterent. Sic de Rhodis id narrat Poly- bius lib. 4. Scimus praeterea Carthaginenses, cum bellum vellent, Ro- manum hastam misse, Calius lib. 21. cap. 16. lec. antiq.

Concipiendi q̄i iurisfundi) Conceptis verbis iurare ad di- Conceptis- serimē dicitur eius iurisfundi, quod sermoni subinde nostro inrex- verbis iura- imus & inserimus, vt cum medius fidius, inbercule, ita Iupiter me- re.

amet, & depol: dicimus, aut vñtrō spontē, Sacramentum fidei, aut ad iuramenti religiose addimus. Verbis enim conceperis iuratur, id est, verbis certa comprehensiōis formula. Nam concipere, comprehen- dere est.

- Murcia Vetus.** *Ad Murcie date sedes*] *Venit primum Murcia postea Murcia vocata est Plinius lib. 15. Quia & ex eorum fuit Veneri Myrte, quam usque Mariciam vocant. Esi & Arnobio Marcea & segnium dea. Marcius meminit Terrullianus in libro de spiritu acuclis, quam esse dicit marmoris deam. Vbi marcius scribendum recte existimat Tornebus libro 22. cap. 16. aduersarioram. Meminit & Murcea Augustinus lib. 4. de civitate Dei, Celsus lib. 18. cap. 12. antiqu. lect. Sed Gyraldus historie deorum, Syntagma 15. tradit Murcam deam scordia, a illis esse à Murcie Venere.*
- Taniculus.** *Ianiculum*] *Montem editum trans Tyberim possumi: Dictus verò est Ianiculus, ab Iano, qui in eo habitavit, & postea sub eo sepulcris est. De hinc magnitudine, & diuersis quoque nominibus, vide Martianum lib. 1. cap. 1. & c. 5. vbi non contemnenda tradit de urbis vario & sepe mutato ambitu.*
- Pons subtilius.** *Ponto subtilio*] *Subtilius pons dictus est à subtilibus; id est, quia trabibus, quibus conficiebatur. Primum enim lignos ab Anco Martio, et clavo ferre, & fulturis, contignatione sola ita compacta est, ut bellum tempore adūni posset. Eum deinde Aenilius Lepidus Lapidum fecit, & ex suo nomine Aenilium denominauit. Post modum vero Antonius Pius Imperator marmoreum fecit, cuius vestigia se renoverunt, que hinc ad primas Aventini radices, inde ad nosferant etiam a nauta cernuntur. Vide Plinius lib. 34. cap. 5. & lib. 36. cap. 15. Martianum lib. 7. cap. 7. & Blondum libro 1. Roma insciatur.*
- Sylva Maxia.** *Sylva Maxia*] *In qua nunquam glires nisi in parta reperiri, Plinius lib. 8. cap. 58. scriptum reliquit.*
- Hostia virbs.** *Hostia virbs*] *xvi. milliarib. ab urbe distans, de qua Plinius lib. 3. cap. 15. & lib. 36. cap. 15. Martianus lib. 7. cap. 9. floruit, quasi prolegio magnitudinis mortuorum Martium, ut eo ipso loco fundaretur, quem, quod rotundus mundi opes & conuenienter recipierentur hospitio, maximo virbis senore.*
- Carcere ad terrorem.** *Ancum Martium Romae primum carcere edificasse fecerunt, excepto Eutropio, qui lib. 1. cap. 10. L. Tarquinium Superbum primò vincula, tauricas fistulas, compedit, cithrenas, exilia, & carceresq; inuenisse dicit. Vide Polydorum quaque i regulum libro de eorum inuentoribus 2. cap. 3.*
- In ruminens foro*] *In redicibus Capitoli versus ortu brumalem. Addidit deinde Tullius rex eam partem, que sub terra est, & carceri Tullianum. Tullianum vocatur, nomen dedit. Vide Martianum libro tertio, cap. 15.*
- Tarquinij clivitas.** *Tarquinij Tarquinij Tarconte adscita ciuitas de qua Strabo lib. 5. Plinius lib. 3. cap. 5. Cuius vestigia à mari paulatim resoluta, etiam hodie visiuntur, nomine priscum adhuc retinentia, cuius rei testis est Volterraanus lib. 5. cap. 1. Geograph.*
- Demaratus.** *Bermatati Corinthij*] *Recte adiicit Corinthij, sicut enim & Demaratus Lacedemoniorum dux, qui, dum exularet, in patriam impius fuit, de quo Herodotus lib. 5. & Orosius lib. 2. cap. 9. Hic verò Corinthii ex Bachidianarum familia ortus, mercator fuit ditissimus. De quo Plinius lib. 35. cap. 3. & lib. 36. cap. 12. Plutarchus de fortuna Alcaean. Val. Max. lib. 3. cap. 4.*
- Ob seditiones.* *Auctor de viris illustribus eum Cypseli Corinthi tyrannidem fugisse scribit: De quo Plinius lib. 35. cap. 3. Fulgosus Genouensis lib. 9. cap. 1. de dictis fatisq; memorial.*
- Lucumoni.** *Duos filios*] *Itidem Dionysius scribit, Demaratum in urbe Tarquinij dux ex nobilissima vxore suscepisse filios, quibus Hetrusca nomina impoferunt, & Aruanem alterum seniorem natu, alterum Lucumonem vocarunt. A quo postea Lucumedi, ut quidam volunt, appellati, qui postea Luarense sunt duci. Sed Lucumedorum nomen verisimiliter esse fatis confat.*
- Tanaquil.** *Tanaquil*] *De qua Plutarchus de virtutibus mulierum in praefatione, & de fortuna Romanorum in fine. Plinius lib. 36. cap. 27. Volaterranus lib. 19. cap. 2. Antiochopol.*
- Sinete profectura.** *Humiliora fineret*] *Integer hic locus prima specie videtur, & approbatur omnium consensu. Nannius ramen lib. 5. Miscellaneorum hic bulus sebessetur, (Reddit enim illud sinebet in sentiret) multitudinem, ut idem sit cum rospere, nimurum eam parer annos suis uatalibus & opibus habere. Porro & id auctarij loco adiicit, Lucumones deci solitos reges Hetruscorni, qui duodecim erant, secun-*
- dum duodecim populos, qui autem ihsu omnibus imperitabat, Latentes quis latentes appellantur. Unde adhuc Angli satrapas suos Lordas vocant.
- Perita ut vulgo Hetrusci.** *Augurandi eniā ars antiquissima primum à Childeis ad Gracos, apud quos Amphiarau, Mopis, & Calbas summi augures habiti sunt, & Gracis deinde ad Hetruscos venit, penes quae ex disciplina precipua ac longè peculiaris fuit. Unde de Natio libro secundo Fastorum scribit, Virum quendam exalem Hetruria Romanum venisse, cuius opera Ronulum & Remum vsos existimant, cum de imponendo urbi nomine contendere. Et sic demum auguri aucti disciplina ad Romanos peruenisse constat, de qua rū multa Pomponius Letus capite quinto, Fenestellus capite quarto, de sacerdotiis Romanis.*
- Aquila suspensis.** *Aquila cùm rex omnium avium merito sit, aquila trias alas altissimi volando, adijsq; virtutibus longè superat, primum ianitorum in Troianorum insignis erat, ut testis est Mapheus Landensis, de factis Aquila Trias ligeo.*
- Reponit.** *Hoc est, restituit, veluti sui ministerij conscientia, quod cùm feliciter Tarquinio ceſſet, sumptis imperatoris ornamenti, semper in obvni septi vertice, aquila figuram habuisse dicitur, cuius rei testis est Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 28.*
- Notitiamq; eam.** *Amplissimas enim ex hereditate paterna diuitias cibis haberet, in commune deponere voluit: Deinde Anco Marcio regi amplissimas pro necessitate pecunias dono dedit, in viis bellicis quantiscumque indigeret pecunias, exhibuit, patritiorum multis beneficiis deuinxit, populari quoque multititudinem argento sibi cōciliavit. Verò igitur in Phoenicis Euripides: τὰ γέλατα αὐδροποιον πυρόπολε, δύναμίτε τελεῖν τὸν εὐ αὐδροποιος εχει, Id est, Mortalibus nil charius pecunia, atq; inter homines vita plurimorum valer.*
- Iam filii propè puberem attacem.* *Duos tantum filios reliquit Ancus Marius rex, alterum puerilis etatis, alterum maiorem natu iam pubescensem.*
- Tarquinius instare.** *Discrepat hoc loco à Linio Dionysius, qui scribit, defuncto iam Anco. Senatum primum pro more inter regem creasse, & deinde statim comitis habitis, multitudinem regem Tarquinium Priscum elegisse, confirmantibus quoq; ea auspicijs, quae populus induceret. Est autem libidinis regundi notatu dignum exemplum.*
- Domi militiaeq;.** *Secretioribus namq; consilijs domi militiaeq; adiutibus, equorum deinde prefectorum adeptus est.*
- Centum in patres legit.** *Senatores à Romulo centum creati, qui ob honorem patres, ob etatem senatores dicti sunt, dictum est superius. Deinde communicata urbe cum Sabinis & Tatio, idem Romulus alios centum legit, ut est apud Liuum, explessis numeris ducentorum. Nunc Tarquinius Priscus in orbitate Senatus legisse cestum alios, scribitur minorum gentium appellatos, tametsi à Bruto familiis minorum gentium invenientas nonnulli credant, Onuphrius Paninius in sua ciuitate Romana, Sabinis in urbem aquo iure suscepit, ex illustrioribus familij viros centum curiarum suffragis, veteribus senatoribus ascriptos, & Senatorum ordinem autem existimat. Et hinc potius patritiorum minorum gentium, & patrum conscriptorum originem manasse credit, quā quod Liuius, Plutarchus & Tacitus tradunt, sub L. Bruto primo consule, & sub Tarquinio Prisco, patritios minorum gentium primum appellatos. Nam eos a tantum patritios, qui à Romulo primū lecti sunt, maiorum gentium fuisse, vel sequentis lectionis patritiorum testimonio confirmari posset, qui eorum ratione habita, non nisi minorum gentium se ipsos esse profiterentur. Fuerunt equidem, & hi maiorum gentium, si ipsi, qui à sequentibus regibus lecti sunt, conseruant, ita ut à Romulo lecti ita sint maiorum gentium, ut minorum esse non possint. Non si enim verò à Bruto creati, ita sint minorum, ut maiorum appellationem obtinere nequeant, medij verò à regibus allecti, modo maiorum, modo minorum dici possint, maiorum quidem inferiorum, minorum verò superiorum patritiorum habita ratione. Sunt autem qui maiorum gentium appellatos putent, quos Romulus tantum prima lectione ex Albanis allegit, reliquos inde, & quos ipse, & quos alij reges deinde ascriuerunt, minorum, ut tradit Sigenius libro 1. de antiquo iure Quiritium, capite septima.*

Patres conscripti qui De patribus verò conscriptis, eos primū conscriptos esse credendum, qui primo ordinii iam instituti inseriti sunt, & reliqui omnes qui varijs temporibus in eum ordinem sunt collocati. Nam si conscriptum esse, idem est, quod allectum, cur bi qui in ordinem iam institutum cooptati sunt, conscripti non sunt appellandi?

Dij majorum minorum gentium. Deinde minorum gentium] Id deinde Pitheus lib. 2. ad uer. sub sc. cap. 7. interpretatur, scilicet à L. Bruto autoritate Tacticis lib. II. Ex hac verò differentia Senatorum, translatione quadam ex dys Tullius eleganter quoq; maiorum, quoq; minorum gentium dixit lib. primo Tusculanarum: Majorum gentium appellas eos qui celestes habiti sunt semper, & ab antiquis electi dicti sunt, ut & eos Augustinus lib. 7. de ciuitate Dei eos precipios & selectos vocat: Minorum verò gentium Dij ab eodem appellantur ascripti rj quidam & allecti in Deorum numerum, qui ex hominibus diuinos honores meruerant, prout eleganter tradit Budens in prioribus anot. ad Pandectas.

Circus. Circo qui nunc maximus dicitur] Circus apud Romanos dicebatur is locus, ubi ludicra sive certamina, & hoc quidem quod in circuitu spectacula edificatis, ibi ludis fierent, & quod illuc circum metas ferretur pompa, & equi current. Erat autem forma oblonga, sive arcus, in circuitu habens gradus, spectatoribus apta sedilia, ne alter alterius proiectum impeditret, cuius descriptionem pete ex Mariani lib. 4. cap. 10. Topographie.

Circus maximus. Qui nunc maximus dicitur] Inter Palatum montem & Aventinum non procul à templo Herculis, cuius paumentum fecit ex Chrysocolla, hoc est, ex omnium durissima materia, que nascitur postquam aurum effusum est, posuit autem fundamenta tanquam buis circi Tarquinii, quem Caesar deinde addens magnificientiam, ampliavit. Cum enim longus fuerit stadiorum trium cum dimidio, latus quatuor iugera, Casarem in eam ampliitudinem extendisse, & non Tarquinum volunt: Id quod verisimile est, cum Tarquinij temporibus ciuitas abduc tam populos non esset, neque in tantum dedita spectacula, ergo non tanto opus erat spacio, ut Caesaris etate. Reliqua vide apud Dionysium, Plinium lib. 36. cap. 15. Mariani lib. 4. cap. 11. Topograph. Volaterranum lib. 29. cap. n. & lib. 6. cap. 1.

Ludi Romani magni. Romanii ergo & Magni ludi idem fuerunt, iij annui ex Liui sententia. Quod verumne sit, dubitat Perionius lib. 3. De magistris Romanis, adductus eo, quod interdum facti inueniuntur prodigiorum causa, & interdum religione initia, ut Liui lib. 22. tradit de Q. Fabio Maximo, & lib. 25. de Publ. Cornelio Scipione. Adde ante legirinam etatem creato. Inter ludos verò, qui plurimi Romae fuerunt, spectaculi fuerunt Romani, à regibus primiū instituti, Iouii, Iunonii, & Minerue celebres. Nam singulis dys singuli dicati ludi erant, quos ad placanda numina cum sacrificijs, cumq; cantu & tibia celebrabant, prætoris editio id decernente. Tarquinius igitur Priscus cū ludo Magni opulentius, instructiusq; instituisset, quam priores fuissent, Magni dicti sunt, in eos enim ducenta milia nummū imponit, sive Vnde deinde quoq; post pugnam ad Thrasymenum celebrati sunt ludi Magni, aris 333. millibus, bobus albis 400. multoq; alijs bofis & diutrijs, in quorū celebritate, præcipua per singula pulularia mittebitur munera. Verum de Romanorum ludi & spectaculis Plinius lib. 7. cap. 56. lib. 36. cap. 15. Blondus lib. 2. Roma triumphantis. Alexander ab Alex. lib. 6. cap. 19. Volaterranus lib. 29. cap. 11. & alijs.

Muro lapideo] Marrianus Tarquinium Superbum ciuitatem prius ruderibus, viliibusq; structuram munitam, muro ex lapidibus pri mū inclusisse, lib. 1. cap. 5. scribit, ubi multa de ambitu & manibus viris sèpè restauratis legere licet.

Accius Nauius. Fuit Accius Nauius primò tenuis fortuna homo referente Cicerone libro de Divinatione primo. Quem enim olim ob paupertatem sues pasceret, yna ex his amissa, vobisq; dicitur, firecuperasset, vuam se Deo dat urum, qua maxima esset in vinea. Itaq; sue inuenit a, ad meridem spectans, in vinea media constitisse dicitur, cumq; in quatuor partes vineam diuissit, tresq; partes aues obduxisse, quarte parte qua erat reliqua regione distributa, mirabilis magnitudine vuam inuenit: qua re celebrata cum vicini omnes ad eum de rebus suis referrent, tantum demum nomen tantamq; in au gurando autoritatem affectus est.

Discidisse cotem ferunt) Cotem autem illam & nouaculum defossam in comitio, supraq; impostum putal accepimus. Hanc Historiam leges apud Dionysium. Plinium lib. 34. cap. 5. Laetantum lib. 1. cap. 8. Val. Maximum lib. 1. cap. 4. Blondum lib. 1. Roma triumphantis. Volaterranum lib. 3. cap. 1. & lib. 14. cap. 3. Caelium Rhodigium lib. 10. cap. 17.

Numerum tantum alterum adiecit] Ut Nannius lib. 5. Mi- Alterū tan- scel. ancorum annotat, Atrebatenis Codex habet numero tantū al- jū quid si- teram adiecit. Buflidius numerum tamen alterū adiecit, sed vul- gata lectio probatior est, indicat eum numerū in centurijs equitam duplicatum esse. Hac forma loquendi Cicero de oratore perfecto usus est: Pes qui adhibetur ad numeros partitur in tria, ut necesse sit par tem pedū aut equalē esse alteri parti, aut altero tanto, aut sequi maiorem esse, ita sit equalis dactylus. Alterū tantum dicimus, cum tantundē adhuc semei est, quantum anteā in numero aut magnitudine fuit. Sumpta autem est ea forma loquendi à Demosthene cōtra Midiam ubi inquit: Επειδή δέ ὁ πόλεμος σύνταξις οὐ μηρωτή τελείων ἐγνωστή, οὐ κατά τοις τοις τετέροις. Ceterum de his centurijs præter Liuum, vide Dionys. lib. 2. Fenestellam, cap. 2. de magistris. Rom. Blondum lib. 3. Roma triumphantis. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 29.

Deditosq; Collatinos] Deditonis forma. De qua Alciatus lib. 1. παραγόντων cap. 14. ubi docet qui deditiq; in iure vocentur.

Seruio Tullo] Dionysius ait ideo Seruium appellatum, quod Seruus vñ ab Orisca fratre natu est.

Puero dormienti] De Seruū Tullij parentibus & conceptu mirabilis. Plinius lib. 26. cap. 17.

Arsifse ferunt) Et ita quidem, ut qui forte aderant, percussi a- ignis dux virtutes. quan proximo peterent, flamam extincturi. Due autem sunt virtutes ignis ut Plato restatur: Altera edax & peremptoria, ut suprad de Tullo Hostilio, qui fulmine istū cum regia flagravit. Altera mul- cebris & innoxio lumine, ac quasi lambens flamma. Sic ignis Ascanium fatalis exitū cum patre discrimina subeuntem, de celo quasi succenti capite illustrauit, ut apud Virgilium lib. 2. Ecce leuis. De præsenti verò prodigo Plinius lib. 2. cap. 10. & lib. 36. cap. 27. Vale- riū Maximus lib. 1. cap. 16. Cicero lib. 1. de diuinatione.

Columna quondam rebus nostris dubijs] Ignis enim in pro- digiis apud veteres, si vrendo non noceret, semper celebritatis glo- riam afferebat, cuius quoq; rei exemplum leges apud Claudianum de quarto consulatu Honori, apparet quid signa.

Subito id] Accepto à percussoribus filiorum Anci Martij. Est autem mulieris auctio memoriam dignum exemplum.

Interim Seruio Tullio] Qua ratione factum sit, ut Prisco fuc- liuus con- cesserit Seruus Tullius excluso Superbo, docet Alciatus lib. παρα- de Vallan defendit, & huius rationes ad- Alciato.

Censum enim instituit) Eadī qua hic Liuius, Dionysius quo- que tradidit, erit alijs verbis lib. 4. Vbi tamen à Liuio in censu summa non in pacis discrepat. Quare ille omnino ad huius loci verum intellectum adiungatur.

Ex ijs qui centuriū millium aris) Ex hoc loco satis appareat multiplicem ciuium Romanorum inter se distinctionem suisse. Nam censeri, ordinibus, et ate descripti præter Liuum, lib. 3. de legibus Ci- cero restatur, ubi de centuriatis comitijs loquitur. Censu, id est, per classes, que censu inter se distincte erant. Ordinibus, id est, per centu- rias equitum & pedum. Aetate, id est, per seniorum juniorumq; centurias, que postrema distinctione ut intelligenda sit, ex Tuberone Classem, explicat Gellius lib. 10. cap. 28. minirū quod Seruus Tullius quos Rei pub. idoneos esse arbitraretur, ab anno 17. usque ad annum quadra- gestimum sextum Iuniores, supraq; cum annum seniores appellari, Iuniores de eo vero, quod de censu prima classis hic Liuius scribit, non bene in- ter scriptores veteres conuenisse videtur. Plinius enim lib. 33. cap. 3. Seniores dicit prima classis censum sub Seruio suisse centuriū ac decē millium qui. aris, Gellius lib. 7. cap. 13. dicit centuriū & viginti quinque millium aris clasicorum censum suisse. Ita vt quid in hac re sequendum, non max census. Aes autem apud Romanos, quod verbum hic & à veterib. Ars quid a- sapere usurpat eiusdem preci & pondere suisse, cuius miniam apud nos. Atheniensis trudit præter alijs Ioachimus Perionius lib. 2. de magi- stris Rom. Per dena autem millia aris. Budens lib. 5. de ase intel- ligit centenos aureos.

Verutum datum) Verutum teligenius, simile veru, à quo no- mene adhuc, meminit eius Lucretius lib. 3. Vix etiam cursus quin- genos sèpè veruti, & Salustius lib. 3. Historiarum, Manebant in mo dum veruti militaris.

In his accensi) Marcellus scribit accensis genus militie esse, ad- ministrantibus proximum, dicti quid ad necessarias res sepius acci- rentur velut accersiti. Sextus verò Pompeius, Accensi (inquit) dice- bantur qui in locum mortuorum militum subrogabantur, & ad censum adiacebantur. Idem lib. 1. A scriptisq; velut quidā scripti dice- bantur, qui supplendis legionibus adscribabantur, hos & accensis di- cebant. Sed Varro rectius, qui doct. accensis administratores suisse

*magistratum ab acciendo diibis, id est, vocando, nam accessus in-
star praecoris accidat iussu consulis. Quirites ad concionem, que sen-
tentia Roberti lib. 2. enuntiationum ctp. 21. & Onuphrius Panui-
tio in ciuitate Romana placet, Plinii lib. 7. Adiectus est & meridies
accesso consulum id pronunciante. Erant singulis praefidibus prouin-
ciarum accessi, quod minus nequam nisi libertis deferrebatur, ut scri-
bit Cicero ad Q. fratrem. Asconius autem sic: Accessus est nomen or-
dinis & promotionis in militia, & nunc dicitur princeps, vel com-
mentariensis; aut Cornicularius.*

Proletarii; qui? *Hoc minor census reliqua.] Linus quidem quinq; classem
& Servio instituta minime obscure prodit. At sextam Proletaria-
rum & capite censori suffice auctores alij memorie proddiderunt, quan-
quam huic non sit habita ratio, id quod ostendit Tabero apud Gel-
lii loco preallegato, & Linus cum ait, Tribunos plebis dece creatos,
binos ex singulis classibus, & Asconius qui in commentario Corneliana
quinq; primi Tribunos creatos prodit, binos ex singulis classibus.*

Capite cen- si qui? *Ceterum non eodem fuisse proletarios, & capite censos, quos sextam
explicuisse classem auctores proddiderunt, testis huic rei est diligentif-
fimus Gol. lib. 16. ex Iulij Pauli sententia. Nam, qui plebe inquit, Ro-
mana temuissimi pauperumq; erant, neg. amplius, quam quingen-
tū eris in censu deferebant, proletarij appellati sunt. Qui vero nul-
lo, aut per quam parvo are censebantur, capite censu vocabantur, ex-
tremus autem censu capite censorum eris fuit CCCLXXV.*

*Hac omnia in dites à pauperibus inclinata onera.] Nam
si quando ei opus esset militum decem milibus, aut viginti, diuisi in
centum nonaginta tres centuriæ ciuitate, prout Dionysius tradit, per
centuriæ imperabatur quantum dare militu[m] quenq; oportere. Tum
inita ratione pecuniarum, que exercitu[m] duendo opus esset, populus
in centu[m] nonaginta tres centuriæ dividebatur, & quid quam, cen-
turiæ conferre oportet imperabat. Quaratione siebat, ut qui maxi-
mo censi erat, cum & pauciores essent, & in plures diuisi centuriæ,
sopius ac ferre continenter ferrent onus militie, & de suis facultati-
bus plus in commune conferreret, atq; ut ait hic Linus à pauperib. in-
clinata onera, qui enim medio censu erant, quia plures erant, & in
pauciores centuriæ diuisib[us], nec ita sepe militabat, nec magno tri-
buto grauabatur, qui verò insiso censu erant, omni onere immunes
fuerunt, ut hoc explicat Onuphrius in ciuitate Roma, sub titulo de
censi.*

Populi po- tellas in quo? *Deinde est honos additus Dominationi nimirum in centurijs,
quibus res maxime à populo scilicet bantur. Nam ex veteri lege tria
erat, ut populi potestate, magistratus omnes creare, leges codere aut
abrogare, bellum indicere aut pacem facere. Hac verò à populo ita per-
agi soli sunt, ut per curias diuisis suffragium ferret. Erantq; tunc
pauperes diuisibus suffragio ferendo pares. Qui etiam, quia multo
pauciores erant diuites pauperibus, ita siebat ut vi suffragiorum es-
set penes pauperes. Quo à Servio Tullio animaduerso in diutes tradi-
tuit potestate suffragiorum, quod enim solebat vel magistratus
creare, aut leges ferre, aut bellum indicere, centuriæ comitia pro cu-
riatis vocabat, ac priuatum quidem ad suffragium innotandum vocabat
centuriæ maximis censis, in quibus erant 18. centuriæ equitū, &
peditum XXO. He octo & nonaginta centuriæ que reliquam multitudi-
nem trib. centurijs superabant, si conuenienter, reliquas vicebant,
ominoq; quod statuisse obtineri oportebat. At si omnes illa non co-
uenienter, tunc vocabat scilicet classem 20. vel. 22. centuriæ, quod si ha-
rum rursum diuersa sententia fuisset, vocabantur centuriæ viginti
tertia classem, mox quartæ XX. id est vñq; faciebat donec XCVII. ce-
nturiæ conuenienter, quod si vocata etiam quarta classe id nondū ita
accidisset, sed suffragiorum multitudine pares essent XCI. centuriæ
rum sententia, tum ultimam centuriæ sexta classem vocabat, que cui
parte addidisset ea vicebat, id quod raro aut nunquam vñ venit,
severè enim à prima classe omnia transigebant, raro ad quartam
peruenient. Quinta vero classe ac postrem nullius ferre momenti erat.
Atq; ille quidem ordine instituendo, quo ratiū autoritatis dabatur
diuitiis, ut penè exacti Reipub. administratione pauperes videren-
tur, tantum adhibuit calliditatem vt plebi insima siue non appare-
ret. Omnes enim se equabiliter Rempub. gerere censemant, quod vi-
ritim regebantur in sua singuli centurijs. At decipiabantur, partim
quod vñiuersæ centuriæ vñi esset suffragium, siue plurimos siue pau-
cos ciues complectebantur, partim, quod prima suffragium ferrent ea
Centuriæ, que erant maximi censis, que & plures erant numero,
reliqui omnibus & pauciores, tamen homines singule continebant.*

**Suffragiorū ferendorū triplex in-
titutio.** *Ibi si variaret] Ex hi Linij verbis triplicem suffragiorum rationē intelligimus, primam eam quam Romulus in-
stituit, de qua paulo ante dictum est, alterum eam cuius Serenus Tul-*

*lius autem fuit & invenitur, vt gradus essent ij quos hic Linus expo-
suit, tertiam, quam sua erat ab superioribus diuersam esse affirmat.
Cur autem instituta à Seruo ratione, nisi variaretur sententijs in-
ter equites & prime classis pedites infra non descendetur, Linus non exponit, sed nos ex Dionysio iam ostendimus, nimirum hoc idcir-
co fieri solitum, quod illi vniuersæ reliquas tribus centurijs supera-
rent. Id quod tamen sochim Perionio lib. 3. de magistratibus Ro-
manis non longe à principio falsum videtur. Nam cum secunda clas-
sis viginti essent centuria, tertia 50. quarta 25. quinta 30. efficitur
professo maiorem harum numerum esse, quam equitum & prima
classis, quae ipsius Dionysij sententia decem & octo centuriæ ex-
plebant. Itaque magis adducitur vt credat, hunc honorem Equitib.
& prima classis pedibus tributum esse, vt si in serendis suffragijs vnu-
num idemque sentirent, eorum valeret sententia, nō difficeret tamen
Dionysij rationem sententia eius de numero centuriarum conueni-
re. Equites enim facit explentes decem & octo centuriæ primam
classem obtinente, secundam duas & viginti adiunctis fabris, tertiam
viginti, quartam duas & viginti, quintam 30.*

*Quadrifaria enim in vrbe diuina.] Scilicet à Seruo Tullio, Tribus sub
vi & autor de viris illustribus in vita Serui cap. 7. tradit: Eo enim
vñque trium tantum tribum fuerat: Et vnam quidem Palatinam,
aliam Suburanam, tertiam Collatinam, quartam Exquilinam vo-
cauit. De hisce autem vide Blondum lib. 2. Roma triumph. Alexan. ab
Alex. lib. 1. cap. 16.*

*Tribus vt ego arbitror à tributo.] Non sine causa hoc Li- Tribus va-
nius adiicit (vt ego arbitror) Nam Varronis sententia verbum trib. de dicta.*

*à tribus est nominatū, quod ager Romanus in tres partes diuisus es-
set, Tatianes, Rhannenes, Lucerenes, quam etiam Plutarchus &
Dionysius secuti sunt, tribum à numero dictam putantes, sicuti ab
Atheneribus rexq; est appellata sārō rexō, id est à tribus, eam-
q; q; veriore exsistunt Perionius lib. 2. De magistratibus Romanorū.*

*Vt verò Linus in hoc à Varrone dissentit, sic nec quos Varro tri-
bus vocat, eodem nomine appellat Linus, sed centurias, easq; equi-
tum. Tribus verò à centurijs disferre hic Linij locus luculententer refutatur,*

*dum primum duplicitatem suffice numerum tribuum, quas tem-
pore suo XXXV. sufficeret. Quod si duplicitate fuerit, vt ipse vult,*

*Tribus an
& curiae eadem sunt, qua tribus certe cum dicat curias à Romulo
XXX. suffice, non solum essent quinq; & triginta tribus, sed sexagin-
ta duplicita. Deinde tribus à tributo appellatas confirmat, cuius*

*confideri Serui rationem inierit, quod si quatuor tantum erant
tribus à Seruo instituta, Curia autem triginta, quas Romulus, vt*

*vult, instituerit, certe aliud tribuum, aliud curiarum nomine intel-
ligi conuenit. Linio suffragat Dionysius Halycarnass. lib. 2. antiqui-
Tribus de-
cem curias
Centurijs.*

*Roman. & Plutarchus in vita Romuli, qui melius accommodatusq; à
psō Linio horum verborum dissimilitudinem exposuisse videtur. Lo-
rum etenim sententia vnaqueq; tribus curias decem continebat. Li-*

*nus autem nosfer ad eis obseruam hanc questionem reddidit, dum so-
lus centurijs vocat, quas tribus cateri appellant, & curias XXX. à*

*Romulo institutas esse dicit, easq; à tribibus seiuunt, & à curijs
triginta, quas Halycarnassus & Plutarchus ponunt, vt Perionius*

*loci praallegato fateatur se prorsus ignorare quid Linus curias ap-
pellari. Iridem de obseruitate huius loci Nicolaus Gracchus li-
bro primo, de Comitijs Romanorum conqueritur, licer libro ter-
tio, capite primo, tandem cum Budaeo in posterioribus annotationi-
bus in Pandectas statuat Curias Roma suffice populatales quasdam*

*partes, quales sunt in vrbibus nostris parvicias. Ut etenim ha-
bent destinatas quasdam domos, in certa quadam vrbis parte sitas, que*

*communi sacra, adem sacra communem, sacrorum communem
administrum habent, ita curiae erant incolarum vrbis partes non*

*modo loco, sed etiam sacris peculiaribus sibi distincte, sed & distri-
butionem tribuum secundum loca & regiones vrbis suffice Dionysius*

*Halycarnassus testatur, qui eam vocat totiusq; sicuti distributionem
in classes & centurias, xviii: prout & Gellius idem ferè docet*

*libro decimoquinto, capite viceximo septimo. Porro ait Varro
curiam non eodem modo quo Dionysius atq; Plutarchus appellare vi*

*rum gene-
rum
rum
debetur. In libro enim de Latina lingua duo genera curiarum facit*

*his verbis: Curiae diuinae generum, nam & vbi curarent sacerdotes
res diuinæ, vt curiae veteres, & vbi Senatus humanæ, vt curiae Ho-
silia, quam primus edidit ait Hosilius. In eodem: Curia vbi Sena-*

*tus rempub. curat, illa etiam curia dicitur, vbi curia sacerorum publi-
ca, ab his curiones. Varro itaq; nomen curia ad loci appellationem*

*refert superioribus verbis, de qua significazione Dionysius loquitur
libro secundo. Iis autem que ad Deorum cultos pertinent conseruatis
teplis diuisit, curijsq; singulis binos deos quos colerent assignarūt
decre-*

^{vesta curia} decreuitq; ad sacra sumptus, qui publicè praeberentur, sacra autem vna cum sacerdotibus curia faciebat, festi q; diebus in curiali ^{Vesta} omnes epulabantur. Erat enim faunus cuiq; curia triclinium, in quo sacra siebant, vt apud Graecos in Prytaneis. Porro et si hec ad intelligendum hunc Linij locum sufficere videri possent: tamen quia tribuum cognitio, res vt vtilis & necessaria, ita difficultas & obscura ha-
ctenus fuerit, mihi ipsi confitit hoc loco, quo Ser. Tullij gesta scri-
buntur à viris doctissimis hinc inde tradita, maximè verò ab Onu-
phrio Panuino ascribere ydsem, atq; quantum rei difficultas per-
mittebat, obscuram queq; explanare, verumq; XXXV. tribuum numerum, & nomina, atq; quid de eis, que superflua videtur, sentiendum sit, aperire. Cuius rei tractationem, quod distinctius intelligi posse, à Romulo paulo altius repetam. Nam is primus tres confitit tribus.

D E P R I M I S T R I B U S R O M V L I T R I B U B V S .

VRSEM Romanam & agrū inter tres partes, quas etiam tribus appellauit, & XXX. curias, primus Romulus diuisit, vt M. Varro libro quarto, de lingua Latina, & alijs veteres scriptores tradid: Ager Romanus (inquit Varro) primum diuisus in partes tres, à quo tribus appellatae, Tatienfum, Ramnenfum, Lucerum: nominatae (vt ait Ennius) Tatienfes, Ramnenfes à Romulo, Luceres (vt ait Junius) à Lucumone, sed omnia hec vocabula Thusca, vt Volumnius, qui tragædias Tuscas scripsit, dicebat. Dionysius libro secundo: Diuisa in tres partes omni multitidine singulis partibus profectum confitit eum, quem illufissimum ac nobilissimum censebat. Tum singulas trium partium ruris in decem partes distribuit, rotidemque singulis prefectos dedit, qui essent fortissimi, ac maiores quidem partes, tribus, minores, curias appellauit, vt etiam ad nostram usq; etatem vocantur. Qui tribus, tribuni, qui curijs praeerant, curiones vocati: diuisaq; sunt ruris curie in decurias, vocabaturq; singularum prefectus decurio. Postquam autem hoc modo omnes in tribus, & curias descripti sunt, agrum urbanum omnem in tringita aequales partes distribuit, ac singulis curijs suam partem attribuit. Liuius libro decimo. Quoniam inter angues constet impare numerum esse debere, vt tres antiquæ tribus, Ramnenfes, Tatienfes, Luceres, suum queq; augurem habebat. Pedianus oratione III. in Verrem. Tribus principiò tres fuerunt, Tatienfes vna à Tatio rege, Ramnenfis altera à Romulo, Luceres altera à Lucumone, sive Lucretino, sive à luco, quem lucum alysium vocauerat Romulus. Obtinuerūt autem nomen, aut à tributo dando, aut quia primò tres fuerūt, ynde etiam tribuni dicti. Plutarchus in Romulo: Eodem tempore in tres tribus tota ciuitas diuisa. Ramnenfes à Romulo, à Tatio Tatienfes appellato, tercia tribus homines Luceres dicti, à luco Afyli, in quem multi fuga delati, ciuitati donati sunt. Tribus autem tres ipsas suis numero, nomen ipsum indicant, quibus qui praeerant, tribunos vocabant. Singula autem tribus decem continebant curias. Pomponius III. Dicit tribuni, quod olim in tres partes populus diuisus erat, & ex singulis singuli creabantur, yel quia tribuum suffragio creabantur. Et Propertius lib. 4. Eleg. 1.

Prima Galeritus posuit prætoria Lygmon,
Magnaq; pars Tatio rerum erat inter oves.
Hinc Tities, Ramnesq; viri, Luceresq; coloni,
Quatuor hinc albus Romulus egit equos:

Et Sex. Pompeius: Titienfis tribus à pronomine T. Tatij regis appella videtur. Pediani & Plutarchi sententiam de Luciferum appellatione, qui Luceres à luco Afyli dictos suis scribunt, maximè probo, veram enim eam esse existimo. Nam hi, qui cum Romulo primo urbem condiderunt, vt pastores Albani, aliquot Greccanici generis, qui tiam Palatiuum & Capitoliuum habitabant. Ramnenfes à Romulo nominati fuerunt, qui Palatiuum, & montem Cadium post cōditam urbem coluerunt. Tatienfes autem fuerunt Sabini, & quotquot ab ea regione, vel cum T. Tatio, vel pastorea venerunt, hi Capitoliuum & Quirinalen coluerunt. Ceteri aduentiij, vt Etruscii & Latini, & per fugere omnes, qui ad Alysium configerant. Luceres à luco Afyli denominati sunt. Hi loca inter Palatiuum & Capitoliuum plana, atque circum forum tenuerunt. Et quoniam autores habeant, qui tertiam tribum Luciferum à Lucumone Etrusco, qui Romulo bello laboranti contra Sabinos p̄f̄s̄ fuit, dictam velint, quemadmodum Cadium montem ab altero Tuscorum duce Vibenna Celsus appellatum, sive scribunt: magis tamen Pediani & Plutarchi sententia adducor, vt probem, quod Luciferum à Luco appellatio longè amplior sit, atq; plus comprehendat, quam à Lucumone derivata. Liuius lib. I. has tribus

centurias equitum vocat, quod ex singulis ijs tribub. centum equites scriptie essent. Eodem (inquit) tempore & centuria tres equitum cōscripti sunt, Ramnenfes à Romulo, ab T. Tatio Tatienfes appellati, Lucerum nominis et originis causa incerta. Sex. Pompeius: Turram equitum dictam esse ait Curiatus, quasi teriman, quod terdenie equites ex tribus tribubus, Tatienfum, Ramnenfum, Lucerū siebant. Itaq; primi singularum decuriarum decuriones dicit, qui ex eo in singulis turmis sunt, etiam nunc tertiis. Etenim Varro libro quarto: Tribuni militum dicti, quod terni tribus tribubus, Ramnenfum, Luciferum, Tatienfum olim ad exercitum mittabantur. Porro autem hec tribus usq; ad Tarquinij (vr opinor) Prisci tempora permane-
runt: Nam cum sub Tullo Hostilio Albanum Ramnenfum tribū adscripsi, ceteriq; omnes populi, qui sub regibus Romanis venerunt ad habitandum, præter Sabinos, Luciferū tribui inclusi fuissent, vrbeq; multum aucta, ha tres tribus non sufficerent, L. Tarquinius Priscus sub ydsem, quibus inaugurate erant, nominibus eas duplicavit, pri-
mosq; & secundos Tatienfes, Ramnenfes & Luciferes constituit, quod idem etiam de equitū centurijs Linio & Dionysio auctoribus fecit. Cuius rei ita meminit Sex. Pompeius: Sex Vespe sacerdotes con-
tute erant, vt populus pro sua quisq; parte haberet ministram sacro-
rum, quia ciuitas Romana in sex erat distributa partes, in primos se-
cundosq; Tatienfes, Ramnenfes & Luciferes. Et Liuius lib. I. Neg. tum Tarquinius de equitū centurijs quicquam mutauit numero, tan-
tum alterum adiecit, vt mille octingenti equites in tribus centurijs
essent, posteriores modo sub ydsem nominibus, qui additi erant, ap-
pellari sunt, quas nunc quia geminate sunt, sex vocant ceterias. Ita
autem haec tribus fuerunt usq; ad Ser. Tullium.

D E T R I B U B V S S E R V I I T U L L I I R E G I S .

LVCERVM multitudine crescente, cum ea vna aduentitiorum tribus mirum in modis aucta esset, ita vt ea sola reliquias duas longè superaret aucta quoq; ciuitate, cum urbis mania septem mō-
tibus occupatis, ampliata fuissent, Ser. Tullius rex urben denud in quatuor, agrū verò Romanū in quindecim, vel yl. alijs placet XVII. partes, quas Romuli exemplo tribus appellauit, diuisit. Ex quibus quatuor, que intrā urbem erāt, urbanas, reliquias verò, que in agro, rusticas appellauit. Tribus autem urbanas quatuor, nō vt Ronulus ab authore, vt gentis origine sive casibus, sed à locis, quos colebant, Seruus appellauit. In primā enim tribum vel regionem cōiceit omnes, qui montem Cadium, & suitima loca plana habitarent, orientem versus, quam Suburana nominauit, quod esset sub antiqua vr-
be, vel à pago Suculano, vt scribit Varro. Secunda tribus vel regio di-
ctu est Esquilina, hæc Esquilina contingebat. Tertia regio duo colles comprobendebat, Quirinalen & Viminalem, à quib; Collina appella-
ta. Quartæ regio sola completabatur ferè forum id fraciūm quod antiquæ tres sub Romulo: contingebat enim Palatiū, forū & Capito-
lium, dictaq; Palatina à Palatio ipso, tanquam primo colle, in quo vrbs condita esset. Ab his igitur regionibus tribus quoq; quatuor vr-
bana appellata sunt. M. Varro: Ab hoc quoq; (inquit) quatuor partes
vrbi trib. dicta: & ab locis Suburana, Esquilina, Collina, Palatina.
Sex. Pompeius: Urbanas tribus appellabat, in qua vrbe erat dispar-
ita ser. Tullio rege, id est, Suburana, Palatina, Esquilina, Collina.
Et Liuius lib. I. Quadrifariam vrbe diuisa ab Ser. Tullio, que habita-
banur partes, tribus eas appellauit. Et Dionysius lib. 3. Ser. igitur
Tullius, ubi muro septi colles cōplexus est, in quatuor partes urbem
diuisit, & cognominata cuq; parti imposuit ex collibus. Vnā quidem
vocans Palatinam, aliā Suburanan, tertīā Collinam, & quartā Es-
quilinam, quatuorq; tribuum fecit vrbe, que è usq; fuerat triū, neq; amplius tres tribus generis sive originis, vt antea, sed quatuor à
locis à se designatis dictas esse voluit, creauitq; partib; singulis prin-
cipes tribuum sive vicorū prefectos, quos scire insit ubi quiq; habi-
taret, statuitq; homines, qui in manu quamq; partē abituri essent,
tanquam eius loci incolas in nullā alia transferri posse habitationem,
nullōq; alio loco vel tribu nomina in militia darent, vel tributū pen-
derent quām in ea, in qua conieci & descripti fuerūt, tribu. Hæ au-
tem sunt causa & origo quatuor primarum tribuum, quas quod in-
travrbem essent, urbanas appellauit. Quo tempore aliis factus est
tribuum, aliis verò curiarum ordo, nam tribus locis, curiae verò qui-
busdam sacrū tantum conueniebant. Subsequenti tempore nobiles
omnes, qui in tribus urbanas cōiecti fuerant à Ser. Tullio rege, pa-
latin in rusticas sese transfuserunt, atq; urbane tribus humiles ad-
modum, & nō nisi tenuiorum boniūm esse cōperūt, sed hec latius

ANNOTATIONES IN

paulo p̄st. Expeditis, quae ad tribus urbanas in vniuersum pertinent, mina de t̄s singillarim est modo diffundendum.

Prima trib.
Suburana.

Inter quatuor tribus urbanas, in quas Ser. Tullius rex urbem distit, M. Varro primam cnumerat Suburanā à Subura appellatam: Sic reliqua urbis loca olim dicitur, ut Argorum sacraria, in sepe & virginis pars urbis sunt disposita, & quēs prima est scripta regio Suburana, secunda Esquilina, tertia Collina, quarta Palatina. Et paulo p̄st. Eadem regioni attributa Subura, quod sub muro tereuo Carnarū esset: velut Iustinus scripsit, ab eo, quod fuerit sub antiqua urbe, cui testimoniū porreſt esse, quod fuit ei loco, qui terrenus murus vocatur: sed ego à pago potius Sucufano dictum puto Sucufanum. Nunc scribitur tertiā literā B. non C. pagus Sucufanus, quod succurrat carineis. Ita Varro lib. quarto de lingua Latina. Sextus Pompeius: Suburam, Verrini alio libro à pago Sucufano dictam ait. Hoc verū maximè probat eorum authoritatem, qui aiunt ita appellatam, & regionem urbis & tribum à statuō prefidio, quod solum sit succurrere Esquilis infestantibus eam partem urbis Gabini, indicioq; esse, quod adhuc ea tribus per C. literam, non B. scribatur. Quintilianus quoque libro primo cap. 22. Subura cum tribus notatur C. tertiam ostendit. Hec (vt dixi) Collinam montem & circūm adiacentia loca complectebatur.

Secunda tri-
bus Esquili-
na.

Inter urbanas secunda tribus scribitur à Varrone Esquilina, quod

in Esquilino monte esset, appellata. De Esquilis verò latius supra dixi. Tertia trib.
Collina.

Tertia tribus Collina, ut tradit Varrō, à collibus Quirinali et Vi-

minali, in quibus sita erat, appellata est. De qua Iosephus lib. 14. cap.

17. sic meminit L. Coponius L. F. Collina.

Quarta tri-
bus, Palati-
na.

Inter urbanas quartā fuit tribus Palatina, auctore Varrone, à Palatino monte denominata, quem cum foro & Capitolio obtinebat. De qua sic Cicero scribit oratione quartā in Verrem: C. Claudius C. F. Palatina. Et Asconius collocat: Alibi aut L. Claudium Palatina. Hoc itaq; sunt quatuor urbane tribus, in quas quanquam ab initio nobiles omnes coniecti fuissent, paulatim tamen postea se subduxerunt, & in rusticis relati sunt, cum forensi turbae, & tenuioris fortune hominibus urbanas reliquistiſſent. Vnde Plinius lib. 18. capite tertio i. scripti: Rusticae tribus laudatissima eorum, qui rura haberent, urbanae verò in quas transferri ignominiae esset, deside probo. Itaque quatuor sole erant à partiibus urbis, in quib; habita- bant: Suburana, Palatina, Collina, Esquilina. Liuinus libro 9. Quin. Fabius censor, ne humiliorum in manu comitia essent, omnem forensem turbam excretam, in quatuor tribus coniecit, urbanasq; eas appellauit. Maximi cognomini adeptus est. Florus ex Liuino in epito- ma lib. 20. Libertini in quatuor tribus redacti sunt, cām anteā di- fferiſſiſſent, Esquilinam, Palatinam, Suburanam & Collinam. Asconius in oratione pro Milone: Libertini (inquit) in urbanis tribu- bus suffragium ferabant. Qua pricipia causa fuit, vt nobiles ex ur- banis se subduxerint, & in rusticis, que horum hominum collunie carebant, transierint.

De tribub.
rusticis.

De tribū rusticarū numero à Ser. Tullio instituto parum inter vetustissimos auctores conuenit. Fabius enim Pictor tradidit, agrum Romanum in sex & viginti partes, quas tribus appellauit, Ser. Tullium diuīſſe: quibus cām quatuor urbanas addidisset, omniū numerū ad 30. auxit. Venoniū verò agrum omne in unam & 30. tribus ab eodem rege diuīſſe scripsit, ita, vt quatuor urbanis addiſi quinq; & trīginta tribūm numerū, qui posterioribus tem- poribus fuit, ipse explicerit. Cato autem longe omnium diligentissi- mus certum earundem numerū non edidit. Dionysius 17. rusticas ex quatuor urbanas ab ipso rege factas fuisse innueri videtur, qui vbi iudicium Coriolani decribit, vnius & viginti tribūm numerū tan- tum tūc fuisse retulit. Liuinus verò hanc longè post reges exactos, Ap. Claudio & P. Servilio COSS. tribuum 21. numerū factum tradit, vt 15. rusticis à Ser. Tullio instituti, tūm dñe forrē addite sint, atq; 17. facte. Quibus sequuntur urbanas addiderimus omnes erunt 21. Catonis in primis, p̄s Dionysij sententiam sequentiam tribuum 14. adiunctio, qua a T. Liuio accurate referunt, confirmare videntur: præsertim cām Dionysius ad eō rerum Romanarum scriptor diligens nullam 21. tribūm explicacionis mentionem faciat post reges exactos, eas tantum Coriolani indicio 21. fuisse scribit. Hac omnia, vt Dionysij, Catonis, & fortè Liuij sententias confirmant, ita Pictori & Venoniū refellunt. Pictor quidem multa preferens scripsisse tra- ditur, à vero hanc parum abhorrentia, & à Polybio sepe negligentia reprehenditur. Venoniū verò opinionem omniū falsam fuisse, non est, quod demonstrem: cum liquido confit, quibus temporibus 14. tribus antiquis 21. singillarim additæ fuerint. Quam ob rem ego in- tanta auctorum diversitate Dionysium in primis, & à quo parum

Liuinus abhorre videtur, sequar, atq; à Ser. Tullio 21. tribus fuisse credam. Nam quid post reges exactos ad 21. additæ fuerint, cām id à Dionysio præterreat, à Liuio autem ita concisè & obscurè tradi- tur, vt ne earundem quidcm, vt eius consuetudo est, nomina afficeret, non sufficiat. Hanc eandem sententiam accuratio aliariatione paulo infra confirmabo, cām de 14. qua veteribus 21. additæ fuerunt, verba faciam. Supereftigitur, vt à Ser. Tullio septendecim rusticis tribus et quatuor urbanas factas fuisse dicamus, atq; ab eo 21. nume- rum auctum. Suggesti lib. 4. Dionysius. Tullius igitur cām in toti- dem partes agrum omnem Romanum diuīſſet, qui eo tempore ab Oriente agri, Gabino & Tuburino, ab Occidente verò & Septen- trione paulo ultra Tyberim & Anienem, à meridie autem mari ter- minabatur, neq; ab villa parte plus quam 18. millia passuum se exten- debat, prop̄ montes, rupes, specus, & perfugia Collinis securitatem allatura preparauit, que pagos appellauit, quo se ex agri omnes recipiebant, cum hostiis incursions fieret, atq; in eis sepe pernocta- bant. Erant quoq; & pagorum magistri, quibus nomina Colonorū scire cura erat, qui eidem pago attributi erant, atq; in eius iurisdi- ctione predia haberet, & cām opus esset rusticos ad armā vocari, aut viriū tributis redimihi & homines adducebant, & pecunias exi- gere soliti erant. Ac ne eorum multitudo difficulter inveniū esset, sed facile numerari & cognosci posset, aras eos erigere insit, dījs pagi in spectoribus & tutelaribus, quos hostiis publicis magistros pagi cum omni paganorum multitudine singulis annis honorare consituit, & hoc solenne inter cetera admodū honorabile insituit, que Pagana- lia vocatur. Ac leges corundem sacrificiorum edidit, quas adhuc Romani obseruant. Insit autem omnes, qui conuentui & sacris Pa- ganis interessent, vt per capita singula nummū soluerent, alium quidem viros, alium feminas, alii impuberis, ex quibus à Pagi ma- gistris numeratis, cuiusvis fixis et eratis numerus manifestus erat. Hac autē sunt, que de tribub; rusticis vniuersali quadam ratione inueni, nunc cas singulare describendis aggrediar.

Tribus omnes rusticæ, quemadmodum & vrbane, initio à locis, Trib. quin- in quibus collocare & faciunt, nomina acceperunt, nam quid à fami- ta Romilla. līs quedā carū nomina habeant, id non sub Ser. Tullio, sed postea fa- dūm est, vt ex Liuio demonstrabo. Quid autem à locis rusticis tribus initio nomen haberent, his verbū indicat M. Varro lib. 4. de lingua Latina: Ab hoc quoque quatuor partes urbis tribus dñe, & ab locis Suburana, Esquilina, Collina & Palatina. Quinta quid sub Roma Romilia. Sic reliqua extra ab t̄s rebus, de quibus in tribuum libris scripti. Ex quibus verbis collegimus, & tribus à locis dñeas fuisse, & tribum Romiliam, quam quintam appellat, quod sub Romia est, pa- catam. Hanc autem eam agri Romani partem obtinuisse credi- rim, quia in Tuscia prope urbis maria inchoans, secundum flumen usque ad maris osīa trans Iberim extendebatur. Quid ex Sext. Pompeio intelligitur, qui de hac tribu sic meminit: Romilia tribus dñe, quid ex agro conserbant, quem Romulus separat ex Veienti- bus. Eum porro agrum, quem Romulus de Veientibus cepit trans Ty- berim in Thysius fuisse, atq; ea parte à Ianiculo, vel Vaticano usque ad mare se extendit, referunt Dionysius & Strabo. Cicero oratione secunda in Verrem: Fortem amicum ex eadem familia Q. Verrem Romilia. Asconius ibidem: Romilia nomen est ablatiū casū, vt sit ex Romilia. Cicero in Rullum: A Romilia tribus initium factarum, populi pars amputetur, ordo tamen negligatur, antē rusticis detur a- ger, qui habent, quād urbanis.

Crustumina tribus, alia Crustumina (vtrog, enim modo in ve- Tribus sex-
tibus inscriptionibus extare animaduertit) à Tuscorum vrbe Clu- ta, Crustumina.
ta. Crustumera autem in Sa-
binis potius, quam in Tusciis fuisse cediderim, haud procul ab vr- be Anienem versus. De qua tribu sic Liuinus libro 4. scribit: Post- quām consul, quā voluerat, dixit, Sp. Ligustinus ex eo numero, qui tribunos plebis appellauerant, à consile, & à tribunis petiūt, vt filii paucis ad populum agere liceret. Permissū omnium ita locutus fer- tur: Sp. Ligustinus trib. Crustumine ex Sabinis sum oriundus Qui-
rites. Huic tribus Cicero pro Plancō, & pro Ballo sic meminit: In tribum Crustumani peruenit L. Cornelius Balbus legis de ambitu p̄monio.

Sex. Pompeius: Lemonia (inquit) tribus à Pago Lemonio ap. Tribus sep- pellata est, qui est à porta Capena via Latina. Cicero in Antonium prima, Le- monia. Ser. Sulpij. Q. Lemonia Rusi meminit. Idem pro Plancō: Quid Plancō cum Lemonia?

Tribum Pupinianam in vetustis epigrammatibus PVP. POP. Trib. oda-

PUPINIAM ET POPINIAM exarata fuisse notauit: ua Pupinia

magna enim, teste Quintiliano, inter O & V. affinitas est. Sic Po-

pillia

pillia & Pupillia, Poblilia & Pubillia scribi animaduertit. De hac ita scribit Sex. Pompeius: Pupinia tribus ab agro Pupino. Hic ager in Latio cùs Tyberiu ad mare vergens, haud longe ab urbe erat. Quod Liuinus libro vigesimo sexto his verbis aperte docet: Hannibal infestus per populato agro Fregellano propter intercessos pontes, per Frusinare, Ferentinateneque, & Anagninum agrum in Labicanum venit. Inde Algidu Tusculum petiit, nec receptus manibus infra Tusculum de- extrosus Gabios descendit. Inde in Pupiniā exercitu dimiso octo milia passuum à Roma posuit castra. Valerius Maximus libro quarto capite quarto: Illi etiam praudentes, qui ab avaro accesserant, ut COS fierent, voluptatis causa sterile, atque effusissimum Pupinie soluū verabantur. Et paulo post: Atius confusibus scriptis villicum in agello, quem sepe iugiter in Pupiniana habebat, mortuum esse.

Tribus nonna, Veientina. Cicerō Epist. famili. 8. C. Lucretij C. F. Pup. Iuri: & ad Q. fratrem libro primo, Cn. Ncrj Pupiniam meminit. De tribu Veientina, Cicerō pro Cn. Plancio meminit ita: Quid Plancio cum Lemonia? quid cum Veientina? Hac autem ab agri Veientini parte appellata fuit, qui trans Tyberim in Thuscia super urbem Veios versus erat, de Veientibus à Romulo captus, nam agrum à Vaticano mare versus tribus Romilia obtinebat.

Tribus decima, Galetria. Cum animadueterim unam & viginti tribus à Ser. Tullio additas, oēs aut à locis, aut nobilissimis familij nominatas fuisse, in hanc deueni sententiam, vt Galeria, Pollia & Voltinia, que in carum numero fuerunt, à locis quoq; appellationem obtinuerint, quorum tamen apud nos memoria omnia in interciderit, nam eas familias neque erian p̄deas, nec dum patritias fuisse hac potissimum ratione sufficiatis sim, quod nullam earundem mentionem inquam fieri cognoui, quemadmodum aliam familiā familiarium, que possea tribubus nominare desiderunt, vt Aemilia, Cornelia, Fabia, Horatia, Mene- nae, Papiriae, Sergia & Veruria. Nam illud dici non posse existimo, e- as quidem familias fuisse, verū prīcis illis temporibus extintas: quod non statim, vt tribus facte sunt familiarium nomina, sed longo tempore post à nobilissimis familij obtinuerint. Quod si he ignobiles, vel desperitate familiæ fuisse, nulla ratione credendum est, eas tribus bus nomina sua inuidisse. Tribus igitur Galeria, & duæ sequentes à locis nomina sortite sunt, nobis modo incognita, nisi eam à Gallo flu mine dictam velim Galeam, post Galeriam, cuius fluminis meminit Virgilus, qui in Tuscia erat: de qua Liuinus libro vigesimo septimo ita scribit: Galeria iuniorum, qua forte prerogativa erat, Q. Ful- lium, & Q. Fabium consules dixerat, eodemq; iure vocata inclinas- sent, &c. Et Plinius lib. 7. cap. 18. M. Mutium, M. F. Galeria Felicem commemorat.

Tribus vnde- decima, Pollia. De tribu Pollia Liuinus lib. VIII. ita meminit: Tribus omnes, pre- ter Polliam, antiquarunt legem in Tusculanos latam. Memoriamque eius ire, Tusculanus in pœna tam atrocis authores manifissè ad pa- trum atatem constat, nec quenquam fermè ex Pollia tribu candidatum Papiriam ferre solitus. Et libro 39. Cum ad tributum Polliam ventum est, in qua M. Liuius nomen erat, & preco cunctaretur citare ipsum censorum, cito inquit Nero M. Liuius, &c. Vt riuisque etiam rei meminit Valerius libro secundo capite quarto, & lib. 9. capi- te decimo.

Tribus duo- decima, Voltinia. De hac tribu Cicero pro Plancio sepè mentionem facit, ita enim ait: Quas tribus edidisti: Terentinam credo, aut Voltiniam? & pau- lo post: Voltinia tribus ab hoc corrupta, Terentinam habuerat ve- nalem, quid diceret apud Voltinienses, aut tribulos suos indices? & alibi. Plures te restes habere de Voltinia, quam quoddam ea tribu pun- tula tuleris.

Tribus deci- matertia, Claudia. Sequentes novem tribus, que familiarum nomina habent, à locis anteā appellatas fuisse, preter Varrois autoritatem, res- monio etiam esse potest tribus Claudia, que cùm verus esset, aliudq; nomen à loco procul dubio haberet, à gente Claudia in eam relata nouum nomen assumpst. Quod his verbis docet libro secundo Liuinus: Pub. Valerio IIII. T. Lucreto II. C O S S. seditione inter belli pacisque authores orta in Sabinis aliquantulum inde virium trans- lit ad Romanos. Namq; Atius Clandus, cui possea App. Claudio fuit Rome nomen, quum pacis ipse auctor, à turbatoribus belli premeretur, nec pars factioni esset, ab Regillo magna clientium comita- tus manu Romanum transfugit: his ciuitas data, ager q; trans Anienem. Vetus Claudia tribus additis possea nouis tribubus, qui ex eo venerant agro, appellata. Appius inter patres locis, haud ita mul- tò post in principum dignationem peruenit. Idem tradit Dionysius libro quinto his verbis: Claudius opibus & amicis assumptis ex Sabiniis Romanum migravit. Quem S. P. Q. R. in Patricios conscripsit,

locumq; in vrbe pro domo confruenda conceperit. Agrum quoq; ei pu- blicum tradidit, qui inter Fidenas & Piculiam erat, quem posset su- io diuidere, à quibus tribus facta est Claudia vocata, quæ usque ad mea tempora manet, id est, nomen seruat. Et Virgilus lib. séptimo: Claudiā nunc à quo diffunditur & tribus & gens. Et Padianus pro Scauro cuiuslibet Seruilius Claudiā Glacie meminit.

Claudia exemplum multa præterea tribus sequuntur: he anti- tribus decimae, quæ à locis accepérant, dimisit, nobilissimarum gen- tium, quæ in singulis sese transfluerant, nomina accepérant, vt Ae- milia, Cornelia, Fabia, Horatia, Menevia, Papiria, Sergia & Veru- ria. Ne enim familiæ, circa tempora parta libertatis, patria & ce- leberrime in vrbe erant. Nam eas priuū in quatuor urbanas conie- ctas fuisse, aperte indicat Dionysius, quandoquidem omnes, qui vr- bem habitarent ex insitato Ser. Tullij, principio vnam ex his qua- tuor urbanis tribubus obtinere necesse esset, sicut qui agros, ruficas. Verum cùm ob forsen turbam in eas coniectam, viles haberi co- pissent, factum est, vt illustres familias in eas passim tribus nomina- darent, scilicet transflendas curarent, in quas agros suos habuissent, eisq; noua nomina tribuerent. Ita igitur gen. Aemilia, Cornelia, Fabia, & reliqua omnes, Claudiā forte exemplo, vetera nomina tri- tribus decimae, quæ à nobilissima gente Corneliana non- men obtinuit, Liuinus lib. 3. vbi de Aemilia. Et hec tribus à Fabia gente, que in eam relata fuit, nomen obti- nuit, de qua Tranquillus in Augusto cap. 40. Fabiania & Scapien- sis tribubus suis die comitorum singula millia nummum à se dini- debat. Et Horatius lib. primo Epist. 6. Hic multum in Fabia yaleat, ille Velina.

Hortatio tribus nullam apud veteres authores mentionem adhuc fieri inueni, quanquam marmore in inscriptiones frequenter eius me- minerint. Quam autem aliquot tribu[n]a nomina præter 35. in anti- quis monumentis extare manifestum sit, vt Ocricalana, Clientia, Clunia, Aelle, Papia, & alliarum quarundam, quæ omnes paulo post enumerabam, haec potissimum multas ob causas praeter eam elegi, qua- 35. numerum exploreret. Primo quia nulla carum veterum scriptorum autoritatem haberet. Deinde quia (quanquam nec Horatio nemo ve- terum scriptorum meminerit) ipsa à nobilissima gente nomen obti- nuit, vt plereb, aliae. Que nisi prīcis his temporibus denominata sit, non video quānam ratione posterioribus seculis tribus nomen obtine- re potuerit, quum ea gens circa quadringentos annos ab urbe condi- ta annum memorari desinat. Ceterarum enim extra 35. numerum origo aliqua ratione conçipi potest, quod de Horatio dici nonne- quit, que omnia ex aliarum disputatione apertiora fient, postremq; quod nullam inuenierim tribum, præter Horatiā, que si eam in 35. numerum constitutas, aliquid controvergia non patiat. Hac autem ex ceterarum examinatione longe faciliter demonstrari poter- runt. Inter omnes eum tribus, que 35. superfluit, authores q; non ha- beant, sed ex lapidibus accepta sint, vna tantum Ocricalana, quæ & ipsa scriptorio testimonio caret, Horatio loco reponi posset. Sed eam inter 21. priores nulla ratione constitui posse, cum de ea verba faci- am, ostendam.

Mencenia tribus, que ex hoc corrupto Iosephi loco antiquitatum libro 13. L. Manlius L. F. Mentina: in Mentinam se transformau- rat, nunc denum vetusta inscriptionis auxilio, que Feltria extat prope Ecclesiastam cathedralem, pristinō splendori restituta est, quan- quam enim frequens de ea in antiquis epigrammatibus mentio es- set, tamen quia nūquā, non nisi hac nota M E N exarata fue- rat, res dubia & anceps diu fuit, quum tam Mentina, quā Mene- nia interpretari posset, Mentināque Iosephi testimoniū confir- maret. Quod erratum esse, multis adduc corroborationibus, vt credam, primū, quia vox Mentina nullam habet significacionem, deinde quia facilis lapsus fuit à M E N. vel etiam M E N T I A in Men- tinam, & presertim in Greco scriptore, sicut tamen id vitium, quod vix credo, admiserit, library que erratum non fuerit: Ad hec tribum

ANNOTATIONES IN

MEN. qua frequens est, pro Menenia interpretari posse ex Feltria inscriptione didicimus, quid si Menenia tribus fuit, procul dubio ob easdem rationes, quas de Horatii attuli, ex antiquis 21. fuit, quo tempore gens Menenia, à qua tribus nomen accepit, maximè florebat, cuius postea memoria (incredibile dictu) quid citò defecit. Postremo est hic Ciceronis locus Epist. fa. lib. 13. sic scriptus. P. Rupilius P. F. Men. qui in veteris codicibus modo Menenius, modò Menius legitur, nunquam Menitus: ita ut facilis lapsis fuerit ex Menenia, Menenius.

Tribus decimana nona, Papiria. Et hec tribus à gente Papiria nomen accepit. De qua ita traditur Sex. Pompeius: Papiria tribus à Papiria vocata. Liuius lib. 8. Memoriā eius ira Thysculanis manifeste ad patrum statum constat, nec quenquam fermè ex Pollia tribu candidatum Papiriam ferre solitum.

Tribus vigintiim prima, Seta. De tribu Seta, qua & ipsa à gente eiusdem nominis appellatio nō obtinuit, Pedianus in Cornelianam ita meminit: Seta & Quirina damnauerunt. Et Frontinus lib. 2. de aqueductibus. Verba legi: T. Quintius Crispinus Coss. populum iure rogauit, populūq. iure scūtū in foro pro rostris eis Diui Iulii populi Romani, & Iulii, tribus Sertorius, g̃ia principium fuit, pr̃ tribus Sex. &c. A gente Veturia & hac tribus nomen, vetere reliquo, mutata est, ut p̃ lete & alia, de qua Liuius lib. 36. ita scribit: Fulvius Romani comitiorum causa accersitus, cām comitia consilibus rogandis haberet, pr̃erogativa Veturia Ianiorū declarauit T. Manlium Torquatum, & T. Oraclum. Et paulo p̃d̃: Et redire in suffragium Veturiam Ianiorum iuberet. Et item: Tum Veturia & autoritate mortis viri, & admirantur circa se fremitu, petijt à consule, ut Veturiam seniorum citaret, velle se se cum matribus natu colloqui, & ex autoritate eorum consules dicere. Citatis Veturie senioribus, datum secreto in oīlii cum his colloquendi tempus, seniores de tribus consilendum esse dixerunt. Hac porro sunt vi- nius & viginti tribuum nomina, quas à Ser. Tullio facta fuisse existimo. De quibus libro septimo, vbi de iudicio Coriolani agitur, ita scribit Dionysius: Vbi vero tulere omnes tribus suffragium, diu numeratus calculus, non magnum discriminem apparuit. Vna enim & viginti cūm essent tribus, quibus calculi dati sunt, novem eum absolu- runt, ita ut sis duas aliæ tribus accessissent ex sufficijorū equa parte, ex legē ab soli posset. Quidam verò, atq. etiam me ipsum mouent verba Liuius lib. 2. App. Claudio, P. Seruilio Coss. Roine tribus una & viginti facta. Quid si eo anno, non igitur à Ser. Tullio facta sunt. Si autem Liuius verborum rationem habere velimus (quāquam de ea re nihil apud Dionysium repertatur) decem & novem tribus à Seruilio factas dicemus, atque hoc anno duabus additis ad ynam & vi- ginti auctas. In his autem alteran esse Clusatum, amissi, care ex eo possumus, quid quadriennio ante T. Aebutio, & C. Vetus Coss. Cru- sumeria capta ab eodem Liuius referatur. Que vero altera esse potue- rit, ne diuinando quidem consequi potui. Ceterū ego vnius & vi- ginti tribuum infiltrationem integrām Servio tribuere malim, quā das duas hoc tempore factas affirmare. Vt cunque res sit, illud satis conbat, ynam & viginti tribus hoc tempore Roma fuisse, qua omnes, aut à locis in quibus erant, aut à nobilitate Romanis gentibus nomi- na adepte sunt.

Tribus vigintiim secunda, Stellatina. Quatuordecim deinceps tribum, que quinq. & trintā numerum supplerūt, adiecta, & qua quoquo anno addita fuit, aperte ex Liuius deinceps intelligimus. Anno enim post urbem conditam 365. alte- ro p̃f̃ eam à Galliis captam in ciuitatem accepti, qui Vicentium, Ca- penatumq. ac Faliscorum per eam bella transfigerant ad Romanos, ager q̃s nouis ciubus assignatus. Ita Liuius lib. 6. Et biennio p̃d̃ li- stro 19. tribus quatuor ex nouis ciubus à Censoribus addita Stellati- na, Trontina, Sabatina, Arniensis, eaq. viginti quinq. numerum completere. Ha vero tribus non ita necesse fuit (vt multi existimarentur) appellata sunt, quod ipsarum ager ad campū Stellatini & Trontini, vel lacum Sabatini, aut prop̃ Arnum esset. Ea enim loca longe extra agrum Romanum erant, qui nunquam ad Arnūm se extēdit, sed quidq. qui ex illis regionibus Romanū venerat, atque ciuitate & agris donati fuerant, illis agri Romanī partibus quas sortiti essent, nomina ea tribuerint, ab ijs scilicet regionibus, unde ipsi commigrauerant. Quid ita esse, latius paulo p̃d̃ aperiam. Quom autem propter novos ciubus Thyscos ha tribus addite sunt, vero simile est, eas omnes in Tuscia fuisse. Ex quibus prima Stellatina non in Campania, vbi erat caput, qui Stellaras appellabatur, sed in Etruria fuit. Hoc enim tempore Romanorū imperium Capuanūq. non extendebatur, nec vllum inter Romanos, Campanosq. sedus adhuc intercesserat. In Etruria ergo fuit, quod ex Sex. Pompeij fragmento liquet sic: Stel- lat..... eo, qui in Campania est, sed eo, qui..... pena. Ex quo Tusci profecti..... in campum appellauerunt. Que verba sic ego re-

situuerem: Stellarina tribus dicta non est à campo eo, qui in Campa- nia est, sed eo, qui in Etruria, regione Capena, ex quo Tuſci profecti eum Stellatē campum appellauerunt. Hec autem sic refertur, quid in Tuscia Capenates erant populi ad lucum Feronie, et inter Tuſci populos Stellaras quoq. enumerentur.

Tromentina tribus à campo Tromento dicta. Sex. Pompeius. Is Tribus vi. campus in Tuscia fuit, ex quo cūm aliquot Romam per fugient, & gesima tia, Tromē cilitate donati, in quatuorq. tribus coniuncti, & agri pop. Rom. partē tina, obriniuerint, vni earum Tromentina nomen posuerunt. Tromentum autem campum in Tuscia esse incerti auctoris libro sat is liquet. Hec tribus cum Stellarina addita est anno vrbis 367.

Sabatina tribus à lacu Sabate dicta. Ita Sex. Pompeius. Sabatis Tribus vi. autem lacus in Tuscia fuit, atq. noſtra etate appellatur Anguillaria, gesima ta, Sabati. Hac cum duabus superioribus propter nos ciues addita est. na.

Osculum matris rulterit] Notandum est Apollinem Delphicum sepius dubia de disce, et obscurā responsa, vt in quamcumque partem obscuritas se ferunt inclinarer veritatem disce videbatur, cūm ex sua natura veritatis hostis esset, vt pote Satanas ipse, prout tradit Augustinus lib. 3. cap. 7. Cūtitatis: Simile exemplum ex Ennio allegat Cicero de diuinatione lib. 2. Herodotus lib. i. Item obscurum oraculum Siphniū datum leges apud eundem lib. 3. Spartanū lib. i. Argivū lib. 6.

Velut si prolapsus cecidisset] Id vbi in terram Italican & nat. de clinū rediſset, factum esset scribūt, ac procidisse, quasi pedem offendisse.

Communis mater] Aegyptij, vt apud Diodorum Siculū lib. i. Terra communis fabulosis antiquorum gefis legimus, terram tanquam vas ali-

quod eorum que fierint putantes, matrem appellarunt. A Gracis si-

milie

militer terra mater, mutato deinde paululum verbo d'ap' tunc est di cta, ut Orpheus tassis est, qui terram omnium matrem dixit, diuinitas largientur, cui astipulatur quoque Marcus Varro de re rustica lib. 2. & Plinius lib. 2. cap. 25. Huc quoque pertinet Caesaris somnium, qui in sonno matri stuprum intralisse vidi est, quo admouebatur, futurum esse, ut orbem terrarum subigeret, per matrem enim, terram quo que intelligebat, ut est apud Suetonium in eius vita. Veriam Brutii floriam leges quoq; apud Plinius lib. 15. ca. 30. Valerium Maximum lib. 7. cap. 3. Ovidium lib. 2. Fastorum.

Ardea ciuitas. Ardeam Rutuli habebant.] Dicitur est hec Latij ciuitas, vel ab regione sui, ut astipulatur Martialis:

Ardea solstitio, Pestanaq; rura petantur,

Quis Cleonae sydere fernet ager.

Vel ab auguria suis ardeae, qua altissima queq; volando petit, que Gracis scep' os, ut Virg. lib. 7.

Quam dicitur urbe

Acrifonei Danae fundasse colonis,

Precipiit delata nota, locus Ardea quondam

Dicitus, autis, & nunc magnum manet Ardea nomen. De hac ciuitate lege Strabonem, & Plinius lib. 3. cap. 5. & lib. 35. cap. 3. Meminit etiam eius Mela lib. 2. cap. 4.

Arde obdicionis causa. Eaq; ipsa causa] Dionysius Tarquinium pretendisse scribit, id eo bellum ipsi motu quod Romanos exiles suscepissent, & cum eis de reditu conspiressent.

Aulicorum mos. Suam quisque laudare.] Norabitis ex hoc loco aulicorum mores & vitam, qui quam primi conueniunt, & liberius bunt, & bene poti liberrime quidquid animo reconditum est, effundunt. Vnde probé Atheneus de portae oribus differens, huiusmodi prouerbium eleganter vulgo dici solere scribit, τον αὐτὸν ἔχειν την Αἴανα, id est, Virtus non habere clauum. Proprete a quod ebrietas nihil confutare, neque moderare, vel dicat vel faciat. Obvius quippe ratio, que clavis soberios moderatur atq; gubernat.

Collatia ciuitatis. Pergunt inde Collatiani] Ciuitatem, que non procul ab urbe in via Tiburtina erat, de qua Plinius lib. 3. cap. 5. Volaterranus lib. 6. cap. 1. Vrbanorum comment. cuius hodie ne murorum quidem vestigia extant.

Lanificium honestissimum apud Romanos habitum. Lanificium interlucubrantes ancillas] Honestae matrone & matribus familiis notari dignum exemplum. Quippe apud matronas quondam Lanificium magne laudi fuit, lanang, fecisse mulierem, pudicitie & probitatis signum erat. Qui enim tempore inter Romanos & Sabinos fidelis illum est, cum Romulo et Tacito conseruit, ut Sabina ab omni opere, preterquam lanificio innuentes forent, ut apud Plutarchum in Problematis legitimis. Praterea Pagani, ut lanifici veteribus corduisse ostenderent, spon san nuptiarum die, colun compitam, et fussum cum staninae, ad virum adferre iussere. Quem morem etiam hodie apud multos, & praecipue apud Iberos colit, obseruarique legitimus apud Alexandrum ab Alex. lib. 4. ca. 8. Meminit Plinius lib. 29. ca. 2.

Mors spontanea. Culrum queru sub veste] Apud Romanos namq; priscos laude dignum erat, mire honesta, & reipub. utili fibi ipsi invicere manus. Apud Thebanos tamq; qui morte sponte oppeteret, nulla omnino leude dignus erat, quin potius criminis dabatur, eodq; facinore pudicam insitum coargueret suam, velut sui carnifex immunitus natura foret. Atheniensis vero cum necem filii quisq; manu concurueret, defuncto cadavera manam tanquam facinorofam abscondebat, illamq; diuisam a corpore, imbumata, reliquebant. Quid Platonis documentum fuit, qui sensit, optimum quemq; in fratre animo vim fortuna & calamitatum incursum potius ferre, & nisi cum dies promisus aduenierit, neminem in iussu Dei mortem sibi consciere oportere, idq; magnificenter preclarusq; multo videri.

Regis fugitides. Exulesq; esse iuberet] Tarquinio enim classa sunt urbis portae, atq; ex ilium publice indicatum. Eius filii e castris electi, reliqui in Heretum patrem secuti sunt. Sextus patris fratrem veritus, Gabios veluti in peculia regnum exul abicit. Hunc autem die quo exactus est, Tarquinius, regis fugiam in poserum Romanii vocarunt. Quis autem dies fuerit varians auctores, apud quos plura & diversa regia leguntur, prout annotatum est circa initium Chronologiae huic editioni adiecta, & late explicat Opuphrius Paninius in Comenarius lib. 1. Fastorum.

Praefectus urbis. A Praefecto urbis] Dionysius ab interrege comitia habita scribit, sed in eo controvacia nulla est. Nam & ab interrege & Praefecto urbis simul habita sunt ea comitia, quibus primi colles creati sunt, cum iis praesurit Lucretius Tricipitinus Lucretio pater, qui erat idem interrex, idem urbis praefectus. Interrex, quod cum senatus bacchidis comitiis Brutus referente creaserit. Praefectus, quod ei Tarqui-

nus ad bellum proficisciens curam urbis mandauerat. Praefectus vero urbis Romulum instituisse tradit Tacitus lib. 5. Sed precipua ex Pisone gloria, quod praefectus urbi recens, continuam perestatem, & in bello etiam parendi greciorem, mira temperavit. Namq; ante praefectus dono regibus ac mos magistratibus, ne urbs sine imperio foret, in temporibus diligebatur, qui ius reddiceret, ac subditis mederetur. Feruntur, & Romulus Denry Romulum, post Tulli Hostili Nunnam Martium, ab Superbo Tarquinio Sp. Lucretiu impeditos. Deinde consules mandabant. At post introductum Roma Pratura magistratum, desit praefectus urbi fieri, nisi quod Latinarum causa projectis urbe consilib. relinquendus erat praefectus urbis, id est, religionis potius causa, quoniam quod eo magistratu magnopere opus est, de quo Gellius lib. 14. cap. 21. Ceterum Augustus bellis ciuilib. Cibuum mecanatorem equestris ordinis cunctis apud Romanos atq; Italianos proposuit. Mox rerum potitus ob magnitudinem populi, ac tarda legum auxilia sumpsit e consularibus, qui coegereret seruitia, &c. De praefecto urbis titulus extat in Pandectis qui sat scendit, quod minus praefecti urbi sub imperio toribus deinde fuerit.

Comitiis centuriatis. Quia crebro comitorum mentio cum apud Liuum, tum alios quoq; autores fit, id est sciendum est triplicia Comitia triplicia. potissimum apud Romanos comitia suffit, Curiata, Centuriata, & Comitia cu Tributa. Ex his Curiata antiquissima fuerit, quippe quibus ipse Romana triplicia. multus sit, eod tempore rotis reipub. cura per sententias Curiarum expediebatur, autore Pomponio ff. origine iuris. Hec autem comitia Curiata, in circulis magistratibus maioribus, cum Centuriata & Comitia cu Seruio Tullio instituta suffit, abolita sunt, in minoribus autem etiam post exactis reges ad annos sexaginta tres circiter permanescunt. Unde Gellius lib. 12. art. Minoribus magistratus tribus magistratum Comitia cu tributis comitis, sedius Curiata lege dari, & Tacitus lib. 11. autor est, quae stoles fibregibus lege Curiata creatos, quae legem L. Brutus repetierit. In quibus etiam alijs rebus Curiata comitia auspiciorum gratia in Repub. remanserunt, ut in re militari. Non consuli absque lege Curiata rem militarem attingere non licet, ut scribit Cicero de lege Agraria contra Rallum, & Liuius infra lib. 6. Comitia Cu Imperii legi curiata. rata, aut rem militarem continere. Idemq; lib. 10. clarius ostendit hic deputatio. Cicerone contra Rallum. Arrogationes etiam lego Curiata siebant. Nā iusta facta foliata.

et legem Papirius C. Iauium Bubulcum magistrum equitū dixit, atq; dabatur. ei legem Curiata, ut de imperio seruenti, triplex unum diem dissidit. Ex his ista neminem in re militari imperium habere potuisse, nisi cui id in urbe Curiata lege datum suffit, cuius rei etiam Cicero autor est libro primo Epistolarum ad Lentulum & ad Q. fratrem: Nemini autem Curiata lege imperium dabatur, nisi cui autem veris comitiis id est, Tributis vel centuriatis datum est magistratus, ut tradit idemq; lib. 10. deputatio. Cicerone contra Rallum. Arrogationes etiam lego Curiata siebant. Nā iusta facta foliata. hoc imperium constituebatur arrogatorum arrogatum, Gellius libro 5. cap. 19. Meminuit eius Cicero in oratione pro domo sua ad Pontifices. Et Appianus libro secundo bellorum ciuilium scribit C. Caesar & Octavianum iterum se parenti in adoptionem dedisse lege Curiata. Ese autem id à populo in adoptione confirmari. Hoc autē genus adoptionis possea in principem translatum est, quod alioquin ure antiquo necessario per populum siebat L. i. C. de adopt. §. 1. Inst. Quibus modis res am. infirm. Omne enim ius populi lege Regia in Imperatore translatum est. Nec autem Comitia auspiciorum causa remanserunt, unde & Pontifices Augures, q; intererant, ut tradit Cicero de provinciis consularibus & lib. 4. Epistolarum ad Atticum, ubi de pacificatione Domitii cum consilibus loquitur, quam detectit Meminimus & Gellius in loco supra allegato. Hec vero comitia per triginta lictores peragebantur ad speciem atq; usurpationem quandam vetustatis, auctoribus Cicerone de lege Agraria contra Rallum, & Gellio libro decimoquinto, capite vige in septime.

Secunda ratio comitorum. Centuriata dicitur, quoniam excogitauit Seruius Tullius rex, in qua sic omnia instituta ac ordinata erat, Comitia centuriata. ut ea comitia in potestate optimatum essent, ipsaq; plebs nihil posset. Quare aucta postea ciuitate & Tribuum numero, ut inquit Liuius, consummato, recessum est ab instituto Tullij ad seruandam ordinam concordiam. Nam cum primum centuriis omnes, centum & nonaginta tres essent, auctore Dionysio, prima classis in qua diripi- merant, prima vocabatur ad scerulum suffragium. Habet autem ea classis octo & nonaginta centaria. Secunda viginti, quarum duarum classium centaria, si consentirent reliquias numeris superabat, eaq; ratione suffragia nonquam ad infinitum plebem perueniebant, ut & supra ostensum est sub vita Seruio Tullio. Postea vero, ut concordia ordinum, ut diximus, conservaretur, comitia hac se habe ri conserueret. Primum omnium ex omni numero centuriarum for- Protago- tritudo praerogativa constituebatur Centuria, que primi in suffragium mitte. u centuria

Primo voc
e centurie
mata.

Tribus invoca
tis.

Prerogati
ua quid.

mitteretur. Deinde prima classis centuriae vocabantur, & secunde, quas primò vocatis Centuriis appellabant. Cicero Philippica secunda: Ecce Dolabellae comitiorum dies: fortius prerogativa, quicuscumque renunciat, tacer. Prima classis vocatur, renunciatur, deinde ut assulet suffragia, tum secunda classis vocatur, que omnia citius sunt facta, quam dixi. Et Livius libro nono: Nemini dubium erat, quin Quint. Fabius omnino consenſus destinaretur, eumq; & prerogativa, & primò vocate omnes Centuriis Confidem cum L. Volumnio, dicebat. Post hac autem vocabantur tribus, quas iure vocatis dicebant. Livius quartò, haud inuitis Patribus, P. Licinius Calum prerogativa trib. militum non poterit creare, moderationis experta in priore magistratu virum, ceterum iam tam ex auctoritate etatis, omnesq; deinde ex collegio eiusdem anni rescripsi apparet, qui prius quam renunciarentur, iure vocatis tribibus permisum interregis. Pub. Licinius Calus ita verba fecit. Et Cicero de lege agraria contra Rallum: Itaque me non extrema tribus suffragiorum, sed primi illi vestri concurſus: neq; singule voces praeconii, sed una voce vniuersus populus Romanus consulem declarauit. Ex his satis constat, hanc comitiorum formam admixtis tribibus, quasi duplum faciam. Quod etiam Asconius in Verinam secundam testatur. Prerogativa (inquit) sunt tribus, que prime suffragium ferunt ante iure vocatis. Mos enim fuerat, quod facilius in comitiis concordia seruaretur, bina de ipsam candidatis comitia fieri, quorum tribus prima prerogativa dicebantur, quos vellent consules fieri. Secunde iure vocatis, quod in his sequente populo, prerogativa voluntate omnia completerentur. Tribus autem hic in priore membro pro Centuriis accepisse videtur Asconius. Neque enim apud autores tribus prerogativa, sed Centuriis dicuntur. Prerogativa autem in plurimorum comitiorum volebant esse Romani, auctore Cicero lib. primo, de divinatione: Quare etiam nomen illud varie usurpatur. Nam & preiudicium sive authoritatem quandam significat, ut apud Livium libro primo Decadis tertie, in principio. Et Cicero actione in Verrem secunda, pulchra dialogia ludit in Metellum, qui cum magna pecunia à Verre, qui tunc reus erat, accepta, atque in prerogativam Centuriam erogata, Prætoram noctis suis, vel emissis potius existimaretur, præindicio suo reum Verrem inuabat. Hic, inquit Cicero, Metellus, quam sit isti amici attendite: dedit enim prerogativa sua voluntatis eiusmodi, ut iis pro prerogativa reddidisse videatur. Priore loco prerogativa his pro preiudicio accipitur, in posteriori vero pro Centuriis. Sed & Iure consulti hac voce varie videntur, modo pro authoritate & eminentia quadam, modo pro Iure quodam specialiter induito. Vlpianus in L. Rescripto, & I. numerum, ff. de munib; & honorib; lobseruare, ff. de officio proc.

I. Si quis C. de Episcop. & Clericis. Cum autem hec duo genera comitiorum, ob auxiliarum rationem, patrumq; autoritatem optimatum potuisse obnoxiam viderentur, tulit legem P. Volero, ut plebej magistratus tributis comitiis fierent, in quibus nec auxilia seruabantur, nec autoritas patrum requirebatur, sed plebes per triginta quinque suffragia nullo, nec religioso aut sacro, nec ciuii vinculo ascribita ferebat. Prepositi igitur tribus comitiorum generibus, videamus quomodo singula discreta & si initium fuerint. Curiata comitia à tribus ita differunt, quod Curiata & antiquiora sunt auspicatae sive ferebant, & patres iis comitiis auctores erant. Quorum ante legem Aelianam Fufiam in tributis nihil obseruabatur. Præterea tributa ex regionibus & locis (vt inquit Gellius) conficiebatur. Curiata ex ratione sacerorum secundum quod à Romulo constitute erant, fiebant. Ut rite que tamen hoc commune fuit, quod mixtum suffragium cerebatur, in quotiam à Centuriis differunt: nam ijs comitiis populus censu, ordinibus, et ceteris usque descriptis, adhibebatur in suffragium, ut inquit Cicero li. 3. de legib. Centuriata comitia etiam sepe una die confici non poterant. Tributa vero una die perfici neceſſe erat. Præterea Curiata & Tributa, cum in urbe, tum in campo habere fas fuit. Cen-
trum secundam restatur. Prerogativa (inquit) sunt tribus, que pri-
me suffragium ferunt ante iure vocatis. Mos enim fuerat, quod facilius in comitiis concordia seruaretur, bina de ipsam candidatis comitia fieri, quorum tribus prima prerogativa dicebantur, quos vellent consules fieri. Secunde iure vocatis, quod in his sequente populo, prerogativa voluntate omnia completerentur. Tribus autem hic in priore membro pro Centuriis accepisse videtur Asconius. Neque enim apud autores tribus prerogativa, sed Centuriis dicuntur. Prerogativa autem in plurimorum comitiorum volebant esse Romani, auctore Cicero lib. primo, de divinatione: Quare etiam nomen illud varie usurpatur. Nam & preiudicium sive authoritatem quandam significat, ut apud Livium libro primo Decadis tertie, in principio. Et Cicero actione in Verrem secunda, pulchra dialogia ludit in Metellum, qui cum magna pecunia à Verre, qui tunc reus erat, accepta, atque in prerogativam Centuriam erogata, Prætoram noctis suis, vel emissis potius existimaretur, præindicio suo reum Verrem inuabat. Hic, inquit Cicero, Metellus, quam sit isti amici attendite: dedit enim prerogativa sua voluntatis eiusmodi, ut iis pro prerogativa reddidisse videatur. Priore loco prerogativa his pro preiudicio accipitur, in posteriori vero pro Centuriis. Sed & Iure consulti hac voce varie videntur, modo pro authoritate & eminentia quadam, modo pro Iure quodam specialiter induito. Vlpianus in L. Rescripto, & I. numerum, ff. de munib; & honorib; lobseruare, ff. de officio proc.

Comitia tri-
buta.


Comitiorū
differentia.

Consules
duo cur?
Consulare
imperium
cur annua.

Duo confuses Duo autem confuses ideo creati sunt, ut si unus improbus esse malueret, alter eandem habens potestatem, collegam coiceret. Placuit quoque ne imperium consulare longius quam annum esset, ne proper magistratus diuturnitatem in solentiores, superboresq; essent, sed ciuius semper redderent, qui se post annum scirent magistratus abuturos. Vide Fenestellam cap. 7. de magistratibus Romanis. Blondum lib. 3. Rome triumphantis. Pomponium tit. 2. li. 1. digeſtorum. Augustinum lib. 3. cap. 16. Ouidium lib. 2. Fastorum. Ciceronem lib. 3. de legib.

IN T. LIVII HISTORIARVM LIBRVM SECVNDVM OBSERVATIONES, EX VARIIS DO- CTORVM LVCVBRATIONIBVS EXCERPTAE: PER LIVIANAE LECTIONIS STUDIO SVM,

Consulat
iura.



M NIA iura] Minirum lictores cum fascibus, trabeam prætextam, sellam curulem regiani, ceteraq; regum insignia: Id tantum cautum est, vt alter consul fascis, XII. securibus alligatos, alter vero virginis, runfasces tantum cum lictoribus haberet, idq; alternatim singulis mensibus, donec annum eorum imperium expuleretur, faceret.

Qui patres, quiq; conscripti essent? De Patrum nomine, sive scriptum est in vita Romuli, itidemq; senatorum, cur vero conscripti dicti sint, autores variant. Livius siquidem Plutarchus & Tacitus patrum conscriptorum originem Bruto tribuant. At Onuphrius in ciuitate Romana, patrum conscriptorum originem inde manus credit, quod cum Romulus, Sabinos, Etruscos, & multos alios ad Assylum coniungentes, equo iure in ciuitatem suscipiſer, & in Lucerū, Tatiensemq; tribus conieciſer, pace cum Tatio facta, ex veteribus & illiſtrioribus familijs, senatorium numerum, vt & patritorum ad ducentos auxerit & duplicarit. Et ab hac secunda Romuli & Tatiſeniorum lectione patrum conscriptorū nomen manasse credendum est. Nam si conscriptū esse, idem est quod allēctum, cur hi, qui in ordinem iam institutum cooperati sunt, conscripti non sunt appellandi? Perionius lib. 1. de Graecorum magistratibus diuersum sentire videtur. Patres (inquiens) Romulus centum creauit, quorum liberi patritij appellati sunt. Ad hos autem centum, qui à Bruto additi sunt exactis regibus ducenti, vocati sunt conscripti, deinde factum est, vt

omnes conscripti vocaretur. Major agius in suo de senatu Romano libello ca. 2. quatuor Senatorum genera statuit: Patricios, conscriptos, Allectos & Pedarios. Patrii ex eius sententia vocalantur omnes, vel maiorum vel minorum gentium, qui post L. Bruti institutionem à senatoribus patrii generis oriebantur. Conscripsi dicti sunt illi, qui consulum, Consorum decretis in senatu efficiuntur scriptis notari, qui consulatum, Consorum decretis in senatu efficiuntur scriptis notari,

Allecti.

non patrity in senatorem alio conscriptos nominavit, ex quo tempore patrum conscriptorum appellatio, locum habere capit. Allecti dicebantur, inquit Feſtus, qui propter inopiam ex equeſtri ordine, ne in senatum afflūti fuissent, febant enim interdum, ut, vel propter hominum penuriam, cum bellorum cedib. exinanita efficeret, vel propter fauorem & gratiam, non tantum ex equeſtri ordine, que Alexander Seuerus aiebat senatus esse seminarium, sed etiam ex Libertino genere, vel ex nonis ciuib; aliqui in senatum allegarentur, qui id vocabantur Allecti, & in conscriptorum numero ponebantur. Plutarchus enim in Problematis ita scribit: Cur senatores alios patres conscriptos, alios tantum patres appellabant? An eos, quos ab initio Romulus delegeret, Patres ac Patricios nominabant, quasi bona parentibus natos, reliquos deinde ex plebe electos, & adscriptos in senatum, conscriptos vocavant. Pedarij dicti sunt, qui non habentates.

Pedarij se-
natibus.

ANNOTATIONES IN

Res sacrificiales. bant sententia dictio[n]em in senatu, sed in aliorum sententiā pedi-
bus ibant. De quibus alibi suo loco dicuntur.

Regem sacrificulum creant. Idem tradit Dionysius initio libri quinti. Primum autem regem sacrificulum M^{tr} Papirium ex patriciis creatum scribit Dionysius loco pro allegato. Regis porrò vxor appellabatur Regina, que et ipsa aliquo sacra facere solebat. De qua Macrobius in lib. Saturnium mentiuncula facit. Creadatur autem rex sacrificorum comitis Centuriatis, quem admodum apud Gellium lib. 15. cap. 27. resert Lelius Felix.

Collatinus remouetur. Ciuitate cessit. Huius abdicationis Collatinus, non eadem causa ab omnibus traditur, cum Liuo faciunt Plutarchus in Publicola. L. Piso apud Gellium lib. 13. Hanc autem opinionem Dionysius irridet & refutat. Ortam autem esse dissensionem inter Brutum & Collatinum ait, cum Brutus supplicio de filiis, qui de recipiendis in urbem regibus consilia habuerant, sumptu, pariter in fororum Collatinii filios coniurationis eius socios animaduerti vellet. Quos cum pro pari poteestate quaque predidit erat, excimere pauci Collatinus vellet, Brutum misso in suffragia populo ei registratum abrogasse. Pisonem sequitur Cicero 3. de officijs, & in Brutis: Dionysius Zonaras.

Vitellij. Vitellius. Quorundam fōr Brutorum iacuens erat mater. Verū Dionysius Vitelliorum nominibus suppresis, Gellius subiicit, Marcū videlicet, & Manlium fratres vxoris Bruti.

Aquiliij. Aquilius. Quā nati erant ex forore Collatinii Tarquinii consuli.

Vitellij à Vindice proditi. Conatū forte apud Virelliūs. Dionysius ab Aquiliis ad cānā vocatos scribit, in qua conspirauerint omnes, libertus viuendi desiderio capti, Tarquinios in urbem noctu clam recipiendos esse, quos propedeum receperint, nisi à Vitelliorū seruo, velyt alijs scribūt, à captiuo quodā ex urbe Cenina, cuius nōmē erat Vindice, cōsilia patescēta, liceat & cōf. velyt Dionys. ait, à Publicola intercepta & suīscent.

Legati facti. Iustum gentium valuit. Erat enim veteribus ius legatorū sanctū & inviolabile, cum hominum presidio muniri, tunc diuino iure defensum, quod etiam in medio belli furore, & inter hostiū tela incolumē feruabatur, testis Alex. ab Alex. lib. 5. ca. 3. Verū ut Romani hīc pro modeſtia sua flatuerunt, sic alia exempla in contrarium sunt. Nam & Atheniensis intercepserunt Legatos Lacedaemoniorum cunctis ad regem Persicum, ut eum sibi adiungerent contra ciuitatē Atticā, ut recitat Thucydides lib. 2. Et Romanī ceperunt legatos Hannibalis, cunctis ad regem Macedonicum, ut narrat Liuis lib. 3. Decad. 3. Qua exempla ostendunt fuisse situtum, legatos hostiū perferentes mandata noctū patria intercipere.

Regis fugitua quā mensa factum. Sege[m] matura messe. Ex his Liuij verbis quidam enūcere conantur regis fugitum in Junio portus aut Quintili; quā Martio aut Aprili, ut plurimi volunt, factum est. Ceterū Onuphius hac Liuij verba de segete matura messe minimē obſtare putat, quō minus reges exacti, consulesq. 6. Kal. Martij creati esse dici posint, præterim quā à regū electione, s[ed] q[uod] ad eorundē bonorum publicationē, multa interin gesta fuisse dicantur, que non tribus mensibus cōfici potuerint, ut manifelle ex Dionysio constat, ea autē quē de segete matura messe à Liuij referuntur, circa medium vel finem mensis Maii facile esse potuerunt. Quo mense fasces cum securibus penes Brutum erāt, quā eas mense Martio concedente collega, prior habuerat, Aprili Col latinius: Maio autem iterum Brutus. Alterūabant enim per singulos menses fasces cum securibus, ne si ambo fasces et securis haberet, duo reges pro uno creati viderentur, quo tempore messe apto occisis coniuratis, bonisq[ue] regum publicatis, agrū Marti consecrarent, qui campus Martius est appellatus. Neque verisimile est, si primi consules, ut quidam volunt, VII. Kal. Junij creati sunt, tot ante maturā messem, quorū gestis narrantur, secissi, cūm ante mediū mensis Junij in agro Romano omnes vidiū tritici messe in horrea congregentur.

Virgines Ro manum cōdi nefas. Virgines cedunt lecūriq[ue] feriunt. Fuit enim nos apud Romanos, vt hi, qui capitiū supplicio damnati essent, virgines prius, quemadmodum etiam apud Iudeos, cederentur, qui tamen nos lege abrogatus es. In Romanis enim castris, qui militabant, si quid deliquissent, si extermi flagellis & virgines, si vero Romanī ciues forent, viribus caderbant. Liuis deinde Drusus & C. Gracchus tribuni plebis, ne licet ret quēmī Latini nominis virgines afficeret, sed vitibus plebis oīto sanxerant, in hac re Latinos Romanis coequantes. Vide Alex. ab Alex. lib. 4. ca. 10. in fine. Est autem hic paternae securitatis exemplum, cuius quoq[ue] mentionem faciunt Valerius Maximus lib. 5. ca. 8. Sabell. lib. 3. cap. 3. Ethnic. exempl. Platina lib. de optimo ciue.

Vitibus Romanis milites delinq uentes cōdebarunt. Triumphantēs idq[ue] primus, quadriga currū, vt Plutarchus prodidit, urbem ingressus.

Funebrium orationum origo. College funus. Corpus eius in foro positum collaudans. Arque hinc funebrium orationum apud Romanos origo. Primus enim fuit

Valerius Publicola, qui su[er]e[m] Brutū laudes accurata oratione presecutus est, post quem deinde institutum est, vt clarorum virorum in funeribus solennis laudatio esset. Nam & Appij decemviri defunctorū laudationem sequitur temporibus plebs aguis aurib[us] audiuit. Et Scipionem in funere supremo, vt hominem dicitum Maximus commen davit. De qua confunditudo lege Blondum lib. 2. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 2. Dionysius Halicarnas lib. 1. Eustathius.

Matronæ annum. Tantum honorem Brutū, quantum mari annus laetus apud Romanos. Annus laetus apud Romanos. per annum lugenter, eoq[ue] temporis spacio vidua manerent, teste Valerius lib. 2. cap. 1. Annus autem hunc ex sententiā Renardi lib. 1. Variorū, cap. 20. ita accipit, vt illo annus Romuli, hoc est, decem dūta x. et mensē comprehendantur. Nam et si Numā Pomplius decēmū fibus non contentus, anno duos adiecerit, tamen luctus legitimū tempus non prorogauit. Testis huius est Plutarchus, scribeb[us], longissimū tempus luctus mensū decem etiam Numā voluisse. Et hoc refrendi sunt versus Ovidij lib. 1. Eustathius.

Per toridem mensē a finere coniugis vxor Sufficit in vidua tristitia signa domo.

Quibus autem modis & causis mitiguerunt lamentationes, cūm Liuis lib. 2. de bello Punico, tum Nonius Marcellus satis ostendit. Tu ea de re multa leges apud Blondum lib. 2. Rome triumph. Senecam lib. 16. ad Lucilium Epist. 99. Alex. ab Alex. lib. 3. ca. 7. Sabell. lib. 7. ca. 1. & lib. 10. cap. 25. Ethnic. exemplorum.

Summissis fascibus [Hinc elegans propefit adagium, vt cūm summitur, & herban quodammodo porrigitur, vinciq[ue] nos planē fatetur, summittere fasces dicuntur, astipulatē Cicerone in Brutō. Porro fasces summittere Caelius lib. 12. lectionum antiquarum, ca. 7. interpretatur, non surrectos tenere, vt solebant prius lictores, vt visendos eos præberent, ostentarentq[ue] ad terrorem increaserēt audacia, sed deprimere & ante pedes quodammodo deicere.]

Collegam subrogauerat. Exclusis enim regibus duos semper consules creari voluerunt, penes quos summa totius imperii esse debet, quorum uno morte sublato, statim aliis, qui reipub. salutem promoveret, subrogaretur, ne sub viuū imperio esse dicerentur.

Summa Velia. Exā montis Palatini partem, que forum Romanum aspicit, quaq[ue] in ornū cōsummatum spectat, Velia vocabant, ubi superioribus annis Marius templo sacratum est. Dictaque Velia, quod olim ante ouium tonsuram inuentam, p[ro]f[ect]ores eodem in loco lanam vellere conuererint. Vide Ponponium Letum parte 17. Marliam lib. 3. cap. 6.

Munito loco] Erat quippe locus, Plutarcho referente, difficultate accessu atque arduo, vt eo descendente, ipse quoq[ue] affectus Pompe magnificus ex loco edito apparet, regiam dignitatem & fasculum praeferebat. Hinc verū fasces nullam fidem esse tam spectatam, quā non sufficiens & infame subiecta est.

Delata confestim materia] Iouianus scribit, nocturno tempore, non exigua fabrorum operariorū, conducta manu, domum omnem ab iñis fundamentis tanta festinatione diruisse, vt gliscente iam die adiūcūm vniuersum solo equum viderent. Plutarchus, cū amicis postmodum habitasse ait, donec populus ipse adiūcāde domus locum dederit: quo accepto plebis sumptibus altam donum magnificissime adiūcavit eo in loco, ubi fanum erat in vico publico. Notabis autem hoc loco, mirum in modum bonorum virorum adangeri existimationem & dignitatem.

Cognomen factum Publicolæ] Quasi plebem colentis, vel Publicolæ vt Plutarchus interpretatur, publica edentis. Quod nomen in postrum dimissi priore, ante aenam P. Valerio ei nomen fuerat, a Valerio patre inductum) v[er]suratum est. Publicola igitur exemplo discendum est, magistratus boni officii esse, decedere de suo interclū iure, quā subditū rebelles ac malevoli, non tam penitus, quam benevolentia, humanitate, inīd[em] beneficij quandoq[ue] vincantur.

De prouocatione aduerlus magistratus] Plutarchus tres leges a Publicola latas numerat, quibus plurimum roboris plebi adiūcīt, at, quorū prima permisit, reis dūla iam sententia à consilibus prouocationē ad populū. Secunda statutū capitale esse, si quis iniussi populi magistratum adiret. Tertia dūlū, quā pauperibus prospexit, & ciuium vecligalit[er] suscitavit. Satis enim stipendij pauperes pendere videbantur, si liberos tollerent.

Aduerlus magistratus] Hac lex consulare imperium diffundit, prouocatione, Liuius inſtituta lib. 4. scribit. A dictatore tamen ad populū nō remedium.

Sacramēdo; cum capite bonis eius] Hac lex propriè ad cīmen maiestatis pertinet, vt auctorat Zafius ad legem Valeriam de maiestatis prouocatione, qua occiderūt. Postea Sp. Caius, Sp. Melius, M. Manlius

Sac put mis Sac res

Veli Aug lati pect

Impe preci

Porto guidi Coeli

Ianlei

Transitus pons.

- Sacrae caput cum bonis.** *lum, Pecunia autem, que ex bonis damnatorum redigebantur, sacra erant Cereris, auctore Dionysio lib. 10. Sacrae autem hoc loco, ut annotat Budensis in posterioribus annotationibus ad Pandectas, est deo uere & detestabile decernere, & ita morti addicere, ut impunè occidi & violari posse. Si sacri bonines detestandi & execrabilis dicuntur, quos Graci ζεις, ζεις, μαρτίς, φαμάκευς, καθηπτας appellant. Erant enim Cathartae, homines qui peste expianda, alios quo morbo immolabantur Dijis.*
- Veientes.** *Veientium bellum] Veientes Italie populi, de quibus Plinius lib. 3. cap. 5. & lib. 2. cap. 9. & lib. 3. cap. 17. Veij autem nostra tempestate in loca inhabitare putantur, ubi nobilia veteris oppidi vestigia sub Vesinorum ditione apparent, que adhuc Veiana appellantur, teneat Volaterrano lib. 5. Geograph.*
- Auguria oblativa & in perpetrativa.** *Mortuum eius filium] Auguria duorum generum erat, quædam oblatina, quædam impetrativa. Impetrativa petebatur à Dijis, nec in imperantiis potestate erat, eave accipere, vel non accipere, vel agnoscere, vel non agnoscere, quæ vltro nobis non petentibus facta & oblate erant, in potestate nostra erant. Nam non agnoscere vel agnoscere licet. Sic itaq. Horatius funus non agnouit, nec ad e per tinere significauit, sed ad alios, cum dixit efferte, quasi ipsorum cadauer esset. Alij enim respondisse dicunt, ut resert Seruius, cadauer sit, Tornab. lib. 5. aduerfar. cap. 7.*
- Lartes.** *Lartem Porfennam] Lartes Hetrusco vocabulo monarcha, regum Lucumonum, qui duodecim erant, maximus, & sic Lartes dignitatis non proprium est, ut annontavit Cufimianus in Consilibus. Fuit autem Porfenna Clusinorum rex, qui in Hetruria erant.*
- Cum.** *Rei inter Deos hominesq.] De hac sententia, quod regnum res sit inter deos hominesq; pulcherrima, vnde notata per Colium li. 4. cap. 25. lectionum antiquarum.*
- Impensum precium.** *Alij Cumas] Nobilissimam Campania chitatem, que à Chalcidensibus ex Eubea profectis edificata, & ab Hippocles Camani cognomine dicta est. Qua de re Strabo lib. 5. Plinius lib. 3. cap. 5. Vaterranus lib. 6. c. 6. Vrb. Com. Meminit quoq; Plutarchus in Hannibale, & Meli lib. 2. cap. 4. de situ orbis.*
- Portoria quid?** *Quia impenso precio venibat] Hic impensum precium pro magno Liuius dixit, unde & impensè aduerbiū, quod est & valde. & vehementer. Hoc verò in laco eruditissimi viri velut in luto hestrunt, prout vir doctissimus Tornebus libro aduersiorum quarto, capite secundo restatur, sententie nescio quid abesse sufficiat, addito supplemento, omni sumptu adempto concessum priuatis legerunt. At ille, nec male, saluam & incolunem arbitrari esse sententiam, si alter distinguitur. Interpunctio enim non posita loco à sensu aberrare facit, sic igitur distingendum censeret. Venibat, in publicum omni sumptu, ademptum priuatis. Ad emerendam enim & e blandiedam voluntatem plebis, dicit salis vendendi arbitrium & potestatem ademptam priuatis, qui eum magnō vendebant, & de publico datum plebi, sumptuillo, & onere in Rempub. recepto. Omni igitur sumptu in publicum absolute dicitur sine participo, quod apud veteres non rarum nec infrequens est. Id autem valde, ut is omnis sumptus esset Reip. & impensa. Nanius autem lib. 5. svp̄. qd. 10. legēdum arbitratur. Salis quoq; arbitrium vendendi, quia impenso precio venibat in publicum, sine omni sumptu ademptum priuatis; ut hic sit sensus. Arbitrium salis vendendi ademptum priuatis, quia impenso precio, hoc est permagno venibat. Veditum autem publico fuisse sine omni sumptu, detractis oneribus itinerum & vedi galum, ut preter precium salis nihil sit solutum.*
- Cocites.** *Portoria quoq; Portoria pecuniae erant, que portitorib; pendebantur, id est ijs, qui mercedes ex mercibus in portum duebendis exigeant. Vnde cir cunectionis quoq; nomine portorium appellatum est. Hoc autem portoria a regibus exacta fuisse indicat Plutarchus in Publicola & Dionysius.*
- Ianiculus.** *Höratius Cocles] Cocites dicuntur, auctore Plinio libro undecimo, capite 34. qui altero lumine dempto nascuntur. Vnde Horatium quoque, quod oculum in clade amissit, primum Cyclopem nominauere quidam, mox delapsa loquendi consuetudine, Coclem dici cōtingit, quanquam Cocitem plures scripferint. Vide Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 9.*
- Tansitus pons.** *Ianiculum] Montem altissimum Transyberina regionis, quem Romani iam validioribus firmarent munitionibus, ac praefidis, prouidentes omnino, ne siceret hostibus aduersus urbem opportunus.*
- Transitum pontem] Nisi interpreteris transitum pro transibile, ut iniunctum pro iniuncibilem, infrastructum qui frangit non potest. Nautius libro quinto svp̄. qd. 10. non videt quis sensus emergere possit.*
- fit. Atz. reiecta lectio Codicis Busidiani legendum esse putat, si transiuit ponem a tergo reliquistent: Transtui, hoc est, ad transiendum, prout ipse arbitratur.**
- Imperium sustinuit] Dionysius ultra flumen dimicatum esse, scribit iusta acie, & tunc denum rem Romanam aperiè inclinasse, Hetruscumq; mixto agmine in urbem irrupturum fuisse, nisi Cochiti virtus ferociissimos hostium conatus fregisset. Est igitur Romanae fortitudinis in re militari memoratu dignum exemplum.*
- Ad suos transtuit] Nec altitudine delectis ut tuquit Valerius.) Horatij Co quas statue, neq; pondere armorum pressus, nec vlo vorticis circuitu actuus, nec telis quidem, que vndiq; congregabantur prostratus, tumultu enatandi eventum habuit.*
- Ad portam Collinam] Quia hic mentionis variarum portarum Romanarum, quarum non solum in subsequentibus Liuis, sed Horatij Co alijs authores meminerunt, ideo earum nomina hic commemora- re, & quedam de illis tractare, non intempestiuū est visum.*

DE PORTIS, ET PRIMO DE PORTIS VRBIS ROMVL.

Vrbem (inquit) Plinius lib. 3. cap. 5. tres portas habentem Romanus reliquit, aut (ut plurimas eruditibus credamus) quatuor. Qui tamē earum nec locum nec nomina ponit, quas ego ex Varone, Sex. Pompeio, & alijs antiquis scriptoribus, conjecturisque aliquot explicare conabor. Primum igitur fuisse existimo portam Mucionis à mugitu, quod ea pecus in Buceatum agriquum oppidum exigebant. Hanc etiam fuisse crediderim quam Verrini Flaccus Triagonum dixit, à tribus angulis cognominatam. Quam in urbe Romula versus arcum Titi Cesarei fuisse, ex loco Dionysij liquet, & ex alias descriptione manifestum erit. Dionysius enim lib. 2. Ioni quidem Statori Ronulus templum dedicauit apud portam Mucionis vocatam, qua in palatium ex sacra via itur, &c. Altera Palatij porta fuit, nomine Romanula, de qua sic Varro: Alteram Romanulam, quae Romanula est dicta ab Roma, quæ haber gradus in naualia ad Volupia sacellum. Et Sex. Pompeio Romanam appellatur. Romanam, inquit, portam vulpis appellat, vbi ex Epiphyllo dejicit aqua, qui locus ab antiquis statutæ Cincia. Sed porta Romana instituta est à Romulo in insimō clivo Victoriae, qui locus gradibus in quadraturam formatus est, appellata autem Romana à Sabinis precipit, quide ea proxime aditus erat Roman. Hanc autem ex hoc loco ex urbis parte fuisse aporteret, quia nunc Titi arcus est, quio in Sabino iter erat, tamen Dionysij & Varonis verba accurate consideranda sunt, quibus etiam magis credendum est, qui hanc portam (si modis ea est, quam Sext. Pompeius Romanam vocat) gradus in naualia habuisse scribunt, quae Tyberim versus & non amplius bacatum erit, atque eam alio loco prope Vellarium fuisse affirmat Varro ijs verbis: Hot sacrificium sit in Vellabro, quia in nouam viam exitur, ut ait quidam ad sepulchrum Accæ, qui locus extra urbem antiquam fuit, non longe à porta Romanula, de qua in priore libro dixi. Hoc autem peritis antiquariis dis cutiendum relinquunt, sati mibi sit controversias scriptorum annostasse. Tertia porro Palatij porta forum versus Ianualis appellata a suis. De qua sic Varro: Tertia est Ianualis dicta, ab Iano, & ibi postum porta. est Iani signum, & ius institutum à Numa Ponipilio, ut scribit in annalibus, &c. Piso, ut sit clausa semper, nisi quium bellum sit. Nusquam enim traditum est memoria, fuisse apertam, ut post T. Manlio Cos. bello Carthaginensi consefita. & eodem anno apertam. Hac Varro, quam quidem ceremoniam prius in urbis porta obseruatam fuisse arbitror. Post amphitheatrum pomorio, portæ, loco mota, id institutum fuit, ut in portis templi Iani, quod vicinum huic porta erat obseruaretur. Hoc autem manifeste ex numinis creii Neronis, Dionis & Procopio colligitur. Hec autem porta in foro Romano erat, appellaturq; a Liui libro primo, portæ vetus Palatij ijs verbis: ut Hostius Porta vescidit, confessim Romana inclinatur acies (erant autem in foro) fuisse. Itaq; est ad veterem portam Palatij, &c. Quo nomine etiam in Faſi ab Ovidio appellatur. De hac loqui puto Macrobius in libris Saturnialium, quin ait: Quin bellum Sabinorum quod virginum raptarum gratia commissum est, Romani portam, quæ sub radicibus collis Vinali erat, claudere fuisse, quia in ipsam hostes iruebant, postquam est clausa, mos sponte patescit est. Quinque iterum & tertio idem contigit, armati plurimi prolinne, quia claudere nequibant, custodes steterunt, quinque ex alijs parte acerimo pralio certaretur, subito fama pertulit iusos à Tatio nostros,

quam ob causam Romani qui tuebantur territi profugerunt. Quinque Sabini per portam patentem irrupti essent, fuit ex Iano et de per hanc portam magnam vim torrentium vnde scatentibus irrupisse, multaque perduellum carceras aut existas feruent aqua aut denovatas rapidi voragine deperisse, ex re placitum, ut belli tempore, veluti ad viris auxiliis projecto Deofores resorarentur. Piso etiam in annalibus memoria prodiit Iaualem dictum ab Iano, & idem ibi possumus Iani signum, & ins institutum a Numa Pompilio, ut esset semper clausa, nisi quam bellum foret, &c. Quod autem sub Viminalem collis radicibus fuisse scribit, non intelligo. Magis Varroni assertio, qui eam Palati portam prodit, non Viminalem.

Hec autem tres portas fuisse, ex Varrone ipso liquet, quae primis muris viris Romuli fuerunt ab eodem instituta. Qui numerus in urbe adhuc parva publico usum satisfacere posse videbatur. Portas Pandanam, Mugionam & Carmentalem, a primo Romuli murorum ambitu ex Varronis sententia exclusi. Sabini autem cum eorum rego, T. Tatio in civitatem a Romulo adscitus, quem aucto Pomero Capitolium urbi inclusum fuisse, quartam denum sub Romulo portam urbi additam fuisse constat, que Carmentalis nuncupata fuit, atque hac ratione tolli poterit contradicatio inter eos autores, qui a Plinio citantur de viris Romuli portis, cum alijs de primo, alijs de posteriore Romulo Pomero loquuntur. Carmentalis porta.

Jugarius vicus.

Seclerata porta.

Quod his verbis declarat Luius libro 27. Ab ade Apollinis boues, frontinae due aliae portas Carmentali in urbem ducere, post eas duo signa supressa Junonis regine portabantur. A porta Jugario vico in forum venere, &c. Jugarius autem vicus ea Capitolijs portae erat. De ea Virgilius: Et Carmentalem Romano nomine portam.

Plutarchus in vita Camilli, Ad Carmentalem, inquit, portam Pontius contendit, ut quid ageretur per silentium speculare. Nam huic maxime directo Capitolium incunibis. Et Solinus: Pars infima Capitolini montis habitaculum Carmentale fuit. Vbi & Carmentale famum nunc est, a quo Carmentalis porta nomen est. Eadem ratione Sext. Pompeius, qui templum aliud Iani fuisse extra portam Carmentalem prodit. Hoc posse ut inquit idem Sext. Pompeius Seclerata portam dicta est, quid per eam sex & trecentos Fabij cum clientium milibus quinque egressi aduersus Herreros ad amorem Cremeram, omnes sunt interfici. Vnde Ovidius in Fastis:

Carmentis porta dextra est via proxima Iano
Ire per hanc noli quisquis os omnen habet.
Illam fama refert Fabios exisse trecentos,
Portavagat culpa, sed tamen onen habet.

Hec ab alijs Tarpeia & Veientina solet appellari, utque hactenus de portis viris, quam Romulus discedens, retequit.

Procopius Casariensis libro primo de bello Gorbico, quem ante mille annos scripsit, quatuordecim portas suo tempore urbem Roman habuisse ipsi verbis docet. Habet autem circumiectus viri murus portas 14 portulas, quod alias quasdam, vnde & Gothi, quum minime possent cum viuenter exercitu longiorum monitum ambitum circumlecti, seni posse iactris portarum intercapedines infestabant. Que omnes prater viam tantum Aurelianum que viri Leoniane inclusa est, adhuc iisdem ferè nominibus super sunt. De quibus verba facti ruris aliorum scriptorum exemplo, a porta Flumentana Tyberivicina, atque ea parte in ordine prima, initium sumam.

DE PORTA FLUMENTANA, ALIAS FLAMINIA.

Flumentana porta. Prima post Tyberim in ordine portarum viris, est porta antiquissima Flumentana, postea Flaminia, nunc populi dicta. Cuius sic meminit Sext. Pompeius: Flumentana (inquit) porta Roma appellata, quod Tyberis partem eō fluxisse affirmant. Hec antiquitus non eō loco erat, quo nostra etate est porta populi, alioqui Marcus campus intrapomerium esset clausus, quod dicere abjurdum est. Erat igitur ad Tyberis ripam circa locum, vbi nunc sunt edes Farnesorum, vel haud longe à campo Flora ad Tyberis ripam è regione murorum, quos Ancus rex in Ianiculo exerexerat. Vnde Luius: Tyberis (inquit) inferiore quam prius imperi illatus virbi, duos pontes, adficiunt multa,

maxime circa portam Flumentanam euerit. Extra quam portam Lucus Petilium Petilium lucum extra portam Flumentanam, vnde confessus in Capitolium non est, concilius populi indictum. Hanc autem eō loco vbi nunc est, translatiss credo Aurelianum, quando ea pars viris mania propagauit, qua postea a via Flaminia nomen obtinuit. De ea Procopius scribit: Inter portam namque Flaminianam & Praenestinam cū Tyberim castrava locauerant. Et alibi Bellisarius Praenestinam portam Besse tradiderat custodiendam. Flaminia Constantianum profecerat, que tamen prius imposita foribus & ingenitum lapidum mole inadficata ita obstruxerat, ut vix villo mulmine aperiri per quempiam posset, veritus maximè, ne ex tam propinquis hostiis castris eā infesta fierent, certas portas peditem ducibus custodiendas permisit. Et non longe post: Nec portam quidē Flaminianam Gothi tentarant, ut loco precipiti statim, arg. adeò, ut adiri non facile queat. Hec portam nunc via Flaminia, à qua, ut dixi, nomen obtinuit, imposta est.

DE PORTA COLLATINA.

Post Flumentanam portam proximo loco est Collatina collis horiturorum imposta, de qua Sextus Pompeius: Collatia oppidum fuit proprie Romanum, eō quid opes aliarum ciuitatum ibi fuerint collata, à qua porta Roma Collatina dicta est. Luius quoque libro primo Collatia, & quidquid circa Collatiam agri erat Sabini à rege Tarquinio ademptum, &c. Seruit quoque etas nostra morem appellandi in Collatia, quidquid è regione eius porta habet ager Romanus. Hec antiquitus manibus à Collina porta versus Tyberim ampliatis cum Flumentana coniuncta fuit, non longe à campo Flora collocata, posset pomerio ampliato, ad eum locum vbi nunc est super hortulorum collum cum Flumentana ipso forte Aureliani Imp. tempore translatiss fuit. Quam à proximis Pinciorum adibus Pinciana libro primo de bello Gorbico, Procopius suo tempore appellatam fuisse scribit. Bellisarius (inquit) interim que ad viris custodiam facerent preparare molitus omnia. Pincianam isferme & proximam Pinclana huic ad dextram Salarian portam tenebat, ut suscepiores & necessarias, ea namque parte oppugnari facile poterat murus, &c. Et non longe post: Nec portam quidē Flaminianam Gothi tentarunt, ut loco precipiti statim, atque adeò, ut adiri non facile queat. Inter hanc portam, & alteram ad dextram huic proximam portulam, porta alia est, que Pinciana vocatur. Huic proximi muri pars quadam lapidum laxata, iam pridem compage sciunda spectatur, non tantum à solo, sed à medio ad summum fastigium sciifa. Nec sādē collapsa, nec aliis resoluta, sed vrinque sic inclinata, ut cateno muro extirpēta pars prominentia esse apparcat, partim retractior. Hanc muri partem quam demoliri tam primum Bellisarius niteretur, & iteratō adficiare instituerit, obfiteere Romani, Petrum Apostolum, pro indubito se compresce effeuerantes, eius loci tuendi pollicitum curam se suscepturn, quod utique Romanis ex voto successit, quandoquidem nec o die, quo per Gotos sunt manūs oppugnata, nec per omnē id tempus, quo urbem obfiderunt Barbari, obfites vīa vlla ad hunc locum peruenit, nec plane vñquam eodem tumultuatum. Et sāne me admiratio subiit nec Romanis nec hostibus ipsis, in ea tam diuina viribus obfidiōne in memoriam venisse muri hanc partem, que res cū māraculi loco posse sit habita, nec sarcire quidē in posterum qui quā nec de integrō restituere ausus est, sed ad hanc diem eā dē regione se iundis permanēt murus. Hec Procopius.

Que verba idēcō apposui, quid vñque ad nostra tempora, adhuc ea pars muri superstis, ut a Procopto describitur, appellatur, à Romani muri inclinatus. Porro autem ea portula, quam supra Pincianam fuisse scribit idem Procopius omnino esse desit. A porta Collatina, ex via cuiusdem nominis, de qua Frontinus libro primo de aqueductibus sic ait: Aquae Alsternina Augiſſeramus proxime viam Collatinam accipit fontem, &c. Iten concipitur aqua virgo via Collatina ad milliarium octauum palustribus locis, &c. Hec autem via non procul ab ipsa porta incidit in viam Salariam.

DE PORTA COLLINA.

Collatinam proximē sequitur porta antiquissimus Agonensis, Collina post Quirinalis, deinde Collina, postrem Salaria appellata, porta. Sex.

Quirinalis porta.

Agonensis porta.

Salariana porta.

Viminaria porta.

Gabiniana porta.

Esquilina porta.

Et collatum optimū vel quondam fuit, nostro tempore ager est, & male mecum ag errores nunc vel reprehendendū admiserunt, ut

Quirinalis porta. Sex Pompeius: Agonia (inquit) sacrificia, que siebat in monte. Hinc Rome mons Quirinalis Agonius ut Collina porta Agonenfis & alibi. Quirinalis eam quoque vocat am fuisse his verbis docet: Quirinalis porta dicta, sive quod ea in collem Quirinalem itur, sive quod proxime eam est Quirini facellam. Agonenfem autem idcirco appellatam scribit quod in undato circa Flaminio agonales ludi qui in eo celebra bantur extra ipsum portarentur, ludosq; ideo agonales esse dictos, vel quia locus in quo initio sati sunt, fuerit sine angulo, vel quod ijs ludi rex hostiam immolare solitus esset, quam antiqui Agoniam vocabant, vel quod in montibus quos agones dicebant fierent. Ex Quirinali autem vel Agonenf Collina ab collibus Quirinali Esquilino & Viminale, vel ab urbis tribu & regione in qua sita erat, que Collina dicebatur, deinceps longo tempore appellata est. Per Collinam portam scribit Lutius lib. 5. Gallos urbem ingressos eam incendisse, de qua sapienter etiam alibi mentionem facit. Et alio loco, Quum murus (inquit) & turres que sunt intra portam Collinam & Esquilinam de caelo effent radta, &c. Ovidius 4. Faſorum:

Templa frequentari Collina proxima porte.

Et Iuuenalis Satyra 6.

Proximus urbi

Hannibal & fantes Collina in turre mariti.

Salaria porta. Hac posterioribus temporibus à via cui imposta erat Salaria appellari cepta. Procopius libro 1. de bello Gothicō Bellisarius interim Pincianam & proximam huic ad dextram Salarianam portam tenebat, vt sufficienes & neceparitas. Et paulo pof: Apud Salariam autem portam, vir quidam procrea statuta Gorbus crebrus sagittando propugnacula infestabat, &c.

DE PORTA VIMINALI.

Viminalis porta. Viminalis porta Collina succedit, eiusdem cum monte, in quo sita est nominis, à quo & nomen sortita est. Sex Pompeius Viminalis (inquit) & porta & collis appellabantur, quod ibi viminum sylva fuisse videtur, ubi est & ara in Vimino concretata. Hoc regum tempore in aggera Tarquinij fuisse Strabo ijs verbis prodit: In aggre autem medio tertia est porta eiusdem nominis cum colle Viminali. Tertiam autem dicit quod Flumentana & Collina tum ea priores essent. Collatina enim tunc non erat, que postea in ampliacione murorum urbis fuit interposita. Huic porta nunc S. Hagnes à proxima eius diu ade nomen est.

DE PORTA GABINA ALIAS

GABIVS A.

scribit, præsent populo. Consules vero quidū consulerent Senatum.

Cairodorus cōfulem dīctūm scribit à consuendo, id est, prouidendo,

quid vt in lib. de legib; docet Cicerio. Recipit. consuleret, vel ut lib. 14:

de verborum origine Varrō scribit, consulere populum & Senatum

deberet. Aut, ut Attius ait, quid a ciuib; consuleretur.

In eadem Cereris ad ediles plebis.] Dio extrema pagina lib. 4. munus hoc inter ediles & Tribunos communicat, ab hiis impe-

rant Augiſto translatū ad quaſores ait. Penes quos manſit demū ſi ſolita-

perpetuo atque Cefarum eorum cuſodiendorū cura. At mutata illa

cōſuetudine in intimo arario reponebatur, ut ex Taci colligere licet.

Etsi feras non leues tamen Diuina enim plio lento pede ad vltio diu-

vindictam ſi procedit, ſed tarditatem grauitate pena compenſat,

vt non minus p̄e quam eleganter Valerius Max. dixit, & Tibullus

quoq; de periuris ſcripit:

Ab miſer. & ſi quis primò periuria celat,

Sera tamen tacitus p̄a venit pedibus.

Qui verſus ex Hom. Il. ſumpti ſunt:

Ἐπεὶ γάρ τοι δύναται Θεός εἰ τέλεσεν

ἔκπει τὸ δὲ τελέσει ποὺ περιποσαν

οὐδὲ σφῆς κεφαλῆς γάμψατε τὴν τελέσεα.

Quod si continuo Deus haud periuria plectit,

Attamen id tandem facit, quo maxima pena

In capit. auctoris, ſociam, matosq; reduntet.

De ſera autem numinis vindicta vide proverbia: Serd Iupiter di-

phtherā inſpexit. Item ſerū molunt deorum molæ, & Plutar. in Com-

mentario, cui titulus θεῶν τοῦ τοῦ τοῦ θεοῦ Καὶ δεὸς πρωτουράνων. Et

huc quoq; periter Homericum illud ex Iliado: Χρ-

νῶς δι' ἀργεῖον τοῦ θεοῦ οὐδέποτε. Quoq; vītū, ybi qui diu multa pa-

trauit impūnū, tandem in extremum malum adadūcitur, ſemelq; de-

pendit ſuperiora flagitia.

In carcerem eit coniectus.] Quem ipſe ſemper Appius Roma-

ne plebi domicilium vocare ſolitus erat, teſte Sabellico lib. 10. cap. 4. carcerā fe-

Ethnic. exempl. Aedificauit autē Appius Claudius illum ipſum car-

cerem eo in loco, ybi hodie S. Nicolai templum eft, in quo deinde in-

dicay reuſi mortem cōficit, teſte Marli. lib. 4. cap. 1. Sed alij Tribu-

Appijs Clau- dii mors.

nosciat. immoderata libidinis, et falſi quoq; iudicij condignas penas dederit.

In as incigas.] Prisces illos Grecos & Latinos, leges, fader, Leges in as

reisq; magni omnino momenti in areis tabulis inſculpſe docet pre-

ter alios Ouid. lib. 1. Metamorph. cum inquit:

Nec verba minantia fixo

Elep-
nit

Supp-
ones

Tribu-
lex

Conn-
patr-
& p̄i-
tum v

Sacra-
liam
bant

Intell. li-
bri

Censure au-
thoritas.

Vt morum discipli-

Plurarchus in P. Aemilio

reuerentie erat plurimi

Aere

Aere ligabantur. Per verba minantia, leges supplicia minantes; intelligens. Et Tzetzer, aī κύρεις εἰς ξον, πόλιν δὲ τὸν φειδαροτόν, οὐσιῶν χαλκοῖς ἐμέτροι τὸν ξύλον. Cui astipulatur Dionysius διπλούσιος δὲ τὸν θηρίου τε νόμον, εἴλους χαλκοῖς ἐγχρεφές ξύλον τελεῖ. Sic & Cicerō. Et legum era liquefacta sunt. Pōponius Turifons, publica autoritate ait placuisse decem constitutis viros, per quos petentur leges à Gracis ciuitatibus, quas in tabulis eburneis proscriptas pro rostris composuerunt, ut possent apertius percipi. Id quod Lilio repugnat. Cui tamē Plato in Minoë subscribit. Ceterū sunt qui Pomponio adhaerentes, libros illos eburneos, elephantinos à Flavio Vopisco in Tacito appellari credant, non quod illis temporibus tales essent, sed quod olim fuissent, licet quamplurimi ab operis magnitudine, quasi elephantis proceritate, nomen inuenirentur. Nec solum in arcis tabulis incisa erant, sed & parietibus affixa, vnde Ovidius dixit sixo ore ligabantur, & seruus apud Plautum conquerens non reddi murum, ac de legum & bonorum morum contemptu tragicam querelam extrenens:

Mores (inquit) leges producerunt iam in potestatem suam.

Et misera etiam ad parietem sunt fixa clavis ferreis.

Supplications decreuit] Supplications erant, cum aut ex collatione aut certe de bonis damnatorū sacrificaretur, vnde & supplicia dicuntur. Isidorus in sexto, & meminit Bestius: Supplications que sunt de bonis passorum supplicia. Salustius: In supplicijs deorum magnifici. Isidorus libro quinto, Supplicium, inquit, proprie dicitur, non qui quoquo modo puniatur, sed ita damnatur, vt bona eius consercentur, & in publicum redigantur, nam supplicia dicebantur supplicamenta. Et supplicium dicitur, de cuius damnatione delibatur aliquid Deo, vnde & supplicare.

Dum decem tribunos plebis faceret] Nā Dūlia lex de tribunis nū quam numerum preficerat, tantum, ut relinquenterent, sanciebat, & ab ijs qui creari essent, cooptari collegas iubebat. Sufsum igitur Trebonia lex cooptationem. Nam cūm usserit, ab eo qui comitia Tribunis creandis haberet, omnes planè tribunos qui X. omnino erāt, creari: nimurum partem tribunorum creari, reliquos autem ab ijs, qui creari essent, cooptari velint, quod cūm M. Dūlius tribonus plebis fecisset, recteque factum, neque contra legem ab ipso latam

defenderet, anno in sequenti Trebonius ne in posterum fieret, lege cauit. Nec alienam legem intelligit Linus lib. 4. cūm ait, Ante omniare selliū falsum imaginis titulum, paucis ante annis lege cautum, ne trē bunis collegā cooptare liceat. Hac enim verba nihil aliud significant, nisi id quod hic scripsit, ut qui plebem Romanā, &c. Prout sentit Ma nutius lib. de legibus Romanis.

Quod saluberrimum in administratione] Alludit ad illud Homericum Iliados 2. quod ipsum in proverbiū abijt:

Oὐδὲ πάλε πολυορεύει, οὐδὲ σολεύει.

Multos imperitare malum est, rex vnicus esto.

Nam hū verbi V̄lyles milites tumultuantes (in quibus erat & Thersites) compescit. Eum Homer i verfculum usurpauit Dion, cūm videat Herachidem moliri sactionem, auctor Aemilius Probus. Hinc Xenophon: Vt oculi, manus, pedes, id est bini conditi sunt, ut coniuncti se adiuvent, non impidiant: sic decet fratres, & collegas, animos, con filia, & actiones conferre. Et vt orbes celestes miris anstactibus sibi mutuō cedunt, ut suam harmoniam & concordiam hoc quasi obsequio tueantur: sic principes & gubernatores collegas decet cedēdo, ferendo, & placide contrā nitendo, & concordiam retinere, & cursum prudenter & honeste fuscoprum absoluere.

Haud surdis auribus] Id est, non frustra vel inaniter. Sic Virgilius in Bucolicis: Non canimus surdis respondent omnia flua, & Terrenus in Hebreo: No ille haud scit, quā nūhi nūc surdo narret fabulam. Vide Erasmus in Adagij: Surdo canis.

Indices in suam rem littē vertendō] Littē in rem suam littē in rem vertere, dixit pro eo, quod est rem inter duos controvēsam adiudicāre sibi, quod est cum index ita cum litigantibus agit, ut ei iure suo cedant. Budeus in prioribꝫ annotat. in Pandectas. Quod deinde sequitur quadruplicata nomē, eo intelligitur delatorum genus, quē ex eo quēstū sē tolerabat, ut ea persequerentur, quorū ex legibꝫ quadruplici erat actio, quorū crebra mentio apud antiquos. De quo licet dubium non sit, locum tamen Taciti luculentum, qui ad eius vōcē explicationem pertinet, scribam. Contrā M. Lepidus quartā accusatoribꝫ secundūm necessitudinem legi. Igitur ab illa quarta, quā lex accusatori pro premio tribuebat, nomen quadruplatores inuenire. Tornē lib. 3. aduersa. c. 9.

IN LIBRUM IIII. OBSERVATIONES.

Connubia patriciorū & plebeciorū vēta.

Qontaminari sanguinem suum patres] In duodecim tabulis scriptum fuisse, ne patrīcīj cum plebeīs connubium esset, præter Linium docet Dionysius Halicarnassus lib. 11. Eo vero consilio à decēnīris id factum esse videtur, ne per nuptias reconciliati, iisdem animis contra decēniros, qui deponere imperium volebant, pro libertate consentirent, ut Manutius in libro de legibus Romanis existimat. At Zafus in Catalogo legum antiquarum, idcirco id à decēnirosis, qui omnes patrīcīj erant, constitutum putat, quod more majorum nemo plebeius aūspicia habebat, quippe ea solis patrīcīj Romulus dederat, auctore Cicerone de diuinatione. Et propterea futurum erat, si connubia non dirimerentur, ut incerta prole aūspicia turbarentur.

Quorum sacrorum fir] Familiā enim sacra sequebantur, ac magna omnino curā, ab eadem conservabantur. Hinc apud Poëtam Aeneas ex capti vī fugiens patrem ita alloquitur:

Tu genitor cape sacra manu, patrīcīj penates.

Et paulo pōst: Teucros ē penates

Commendo, sōcijs, & curua valle recondo.

Seruitus in illum Aeneidos XII. versum:

Sacra deosq; dabo. Sed & sepulchrorum iura sequebantur sacra, familiā & heredem. Cicerolib. 2. de legibus: Iam tantā religio est sepulchrorum, ut extra sacra & gentem inferri fas effugient, L. familiaria, et L. sequ. et L. Si quis fuerit, derelig, et sumpt. fun. Cicero lib. 1. de officiis differens de gradibus humanae societatis: Magnum enim est habere eadem monumenta maiorum, iſdem vīi sacris, sepulchra habere communia. Verum in re tam religiosa pōtificio ius ciuite mīscientes iure consulti ingeniosi effe non dubitarūt. Inuentae sunt enim rationes, quibus pecunia sacrorum molestia liberaretur, interimenturā sacra. Cicero libro 2. de legibus, & pro Murena deridens In reconsulitos.

In linteis libris] Linteī libri erant in quibus imperiū Rom. facta continebantur, ut tradit Gyraldus historiæ deorum sīt. 3.

Censura su thoritas. Vt morum disciplinæq; Romanæ] Censura enim, ut apud Plutarchum in P. Aemilio legimus, maxima omnium magistratuum reverentie erat, plurimiq; potestatis, tum in alijs rebus, tum maxi-

mē ad morū emendationē, è Senatu quippe mouere indignos poterat Censores, equitibꝫ auferre equos, notare infamia, censum ageve, lustrū condere. De quorū autoritate, dignitate, & officio, præter Linium, leges Fenestellam c. 8. Pomponium Latum c. 22. De Rom. mag. Varonem lib. 2. de agricul. Ciceronem lib. 2. & 3. De legibꝫ Plutarchum in Paulo Aemilio, Asconium Pedianum in actione prima in Verrē. Gell. lib. 7. c. 22. & lib. 4. c. 12. Blondum lib. 3. de Roma triumph. Budeum in annot. ad Pandectas. Omnia vero Onomphritus in commentarij Ed. storum cumulauit, quem qui ea cognoscere volet, adire potest.

Coloni ed p̄ficij catuſ] Dto ciuitatum Rom. qui extrarvrbem Coloni qui habitarent, genera fūrunt, Municipes & coloni. Quales v̄trig, fūrent Gel. lib. 16. ca. 13. docet. Municipes, inquit, sunt ciues Rom. ex municipiis suo iure, & legibus suis viventes, munere tantum cum Pop. Rom. honorarij participes, a quo munere capessendo appellati videntur, nullis alijs necessitatibus, neq; vlla Po. Rom. lege astricli, cū nunquam popularis eorum fundus factus esset. Sed coloniarum alia necesse fūderat, non enim veniunt extrinsecus in ciuitatem, nec suis radicibus nūtūr, ut municipia, sed ex ciuitate quasi propagata sunt, & iura instituta, omnia populi Rom. non sui arbitrij habent. Coloniarum itaque conditio, ut idem Gell. inquit, licet magis quam municipiorum obnoxia & minus libera esset, potior tamen & præstabilit̄ exsistimabatur propter amplitudinem maiestatē Po. Rom. cuius colonia quasi effigies parua erant, & simul quia obscura obliterata, erant municipiorum iura. Deducendarum vero coloniarū mos Triumphi, in instituta frequentissimus apud Romanos fuit. Nam hostibus laeūtissimis vītis, agricūl, & regionis parte multatiss., in agris de eis captis, quo imperium Rom. stabilirent, vel nouas v̄bes condebat, vel in antiquitus conditas, veteribus incolis ex ijs pulsis, nouos ex yrbe cīnes per 3. viros ad id creatos ed deducebant, quotquot agro capro colendo sufficere possent, quem nouis colonis diuidebant. Hi statim in coloniam deducti nouā administrante p. rationē Rom. more constituebant. Nā vt Romē erat populus & senatus, sic hi nouos colones in decuriones & plebem diuidebant. Decuriones Senatus, plebs populi Romani imaginem referebant. Ex decurionibus singulis annis duo vel quatuor viri creabantur iuxta colonie magnitudinē vel par uitatem, qui Diuinauri vel IIII. I.D. id est, iuri dicando vocabantur.

D 4 Eli con-

**Colonie ci-
uitatis Ro-
manorum.** *Hi consulum Romanorum speciem representabant, creabantur insu-
per adiles qui viarum, adficiorū publicorum, anno & locando-
rum rituum publicorū, item quæ forū qui ex iuriū publici curam habe-
bat. Arg. hi erant præcipui colonie magistratus, in ceteris omnibus
more, legibus & institutis Romanis vinebant. Harum coloniarū duo
genera erant, ut trudit Aſconius, quedam ciuitum Romanorum, &
quedam Latine colonie ciuitum Romanorum, preter facta omnia tu-
ra habebant, quæ ciues Romani obtinebant. Colonia vero Latine e-
runt, quæ ius Latij haberent, de quo infra dicturi sumus. Quia vero
crebra coloniarum mentis apud Liuium sit, & earum cognitio non
parum ad imperij Romanū magnitudinem maiestatemq; intelligentiam
confert, id est omnium coloniarum seriem ex Onuphriū Pauiniū
scriptis collectam aſcibere in gratiam lectoris libuit.*

I. COLONIA CAENINA AB ORIGINVM.

Prima omniū colonia à Romulo facta est bello primo Sabino, Ca-
enina, Graeci generis non ignobilis vrbis. Trecenti ed deduci ciues
coloniarū fuerunt, anno ab vrbis condita, 4. Dionysius lib. 2.

II. COLONIA ANTENNAE AB ORIGINVM.

Haec eodem anno quo Caenina bello primo Sabino finito, colonia
à Romulo deducta fuit, vrbis fuerat Graecorū Aborigineum, qui
Siculos expulerant, quemadmodum Caenina, trecenti ed etiam ciues
coloni deducti anno vrbis condita, 4. Dionysius lib. 2.

III. COLONIA CRVSTVMERIVM ALBANORVM.

Crustumerium que antea colonia Albanorum fuerat eodem bel-
lo viuta à Romulo, Romana colonia facta fuit, anno vrbis 4. Dio-
nysius lib. 2. & 3.

IV. COLONIA MEDULLIA LATINORVM.

Medullia aliq; vrbis Latinae auditæ Romuli virtute, se ipse ei tra-
didere, suntq; haec colonia Romane facta anno vrbis 5. Dionysius
lib. 2. & lib. 3. Medullia olim colonia à Romalo deducta ad suos defe-
cit sub Tullio Hostilio rege.

V. COLONIA.

Ex Dionysio. Cum Medullia deducta anno vrbis 5.

VI. COLONIA CAMERIA ALBANORVM.

Romulus & Tatius reges quam bello Camerinos vicissent, Ca-
merian, que colonia Albanorum fuerat coloniam Romanam
deduxerunt anno vrbis condita, 5.

VII. COLONIA FIDENAE ALBANORVM.

Romulus Fidenatis in signi prælio superatus, vrbis q; eorum ca-
pta Fidenas coloniam Romanam fecit idibus Aprilis, anno vrbis
13. duobus millibus & quingentis colonis ed deducit. Hac vrbis o-
lim Albanorū colonia fuerat, deducta à maximo natu ex tribus fra-
tribus Albanis, quorum alter Crustumerian, alter Nomentum colo-
nias fecerant, Dionysius lib. 2. & Plutarchus. Liuius vero lib. 4. à Cor-
nelio Cocco, T. Quintio primo Cocco anno vrbis 326. Fidenis colonorū
additus numerus, ager q; jis bello interemptorum aſgnatus. Biennio
vero post novi coloni à Fidenatis occisi vrbis excidium attulerunt.

VIII. COLONIA OSTIA.

Anco Martio rege filia Meſia Veientibus adempta, vsg; ad mare
imperium prolatum, & in ore Tyberis Ostia colonia condita.
Dionysius lib. 1. & 3. Liuius lib. 1. Item lib. 27. Eadem die hi populi in Se-
natū venerunt, Ostiensis, Alſeniſis, Antias, Minturnensis, Simusſa
nus & à superiore mari Senensis. Qutum vacaciones suas quig; populus
recitat, nullus quum in Italia hostis effet prater Antiatem Ostien-
semq; vacatio obſeruata eſt, & earum coloniarum iuniores iureiu-
rando adacti supra quadrangula non pernotaturos ſe effe extra mo-
nia ſua colonie, donec hostis in Italia effet. Item lib. 36. Senatus decre-
uit vacationem rei naualiis his coloniis non effe. Ostia & Fregena, &
Caſtrum nouū, & Pirgi, Antium, Tarquiniae, Minturnae & Smueſ-

*fuerunt. Florus ex Liui lib. 79. Ostiam coloniam Marius expugna-
uit & crudeliter diripuit. De hac quoque colonia mentionem faciunt
Europini lib. 1. Plinius lib. 3.*

IX. COLONIA LATINA SIGNIA.

Superbus Tarquinius colonias deduxit Signiam & Circeos, illam
casu dum milites caſtri hyberni retinet, Circeos ductus loci op-
portunitate. In qua Titum, in illa Sextum filios prefecit. Dionysius
lib. 4. & Liuius lib. 1. Tarquinius Superbus rex Signiam Circeos, co-
lonos misit, p̄misit, praefidia vrbis futura terra mariq; & lib. 2. Ap.
Claudio & P. Servilio Cocco anno vrbis, 259. Signia colonia quam rex
Tarquinius deduxerat ſuppleto numero colonorū iterum deducta
est. Sexti. Iulii Frontinus in lib. de Colonis, Signia muro duxta colo-
nia à milibus & 3. viris munita iter populo non debetur. Ager eius
milibus Augufteis in nominibus eſt adſignatus. Hac vna ex XIX.co-
lonijs bello unico ſecundo populo Romano fidelibus fuit. Num enim
30. tum eſſent colonie populi Romani, 12. ex his negauerunt eſſe unde
milites pecuniamq; darent, XIX. vero colonia milites ex formula pa-
ratos eſſe, vt ſi pluribus opus eſſet, plures daturos, & quidquid aliud
imperat velleter, populus Romanus enixē facturos pollicita ſunt.
Ne nunc quidem poſt tot ſecula ſileantur fraudentur laude ſua.
Signini ſuere & Norbani, Siculoiani, Brundifini, Fregeſſani, Luce-
rini, Venufini, Adriani, Firmati, & Arinimenes, & ab altero mari
Pōtiani, Peſtani & Cofani, & mediterranei, Beneuetani, Aſernini,
Spoleto, Placentini, & Cremonenses. Harum coloniarum ſubſidio
tum imperium populi Romani ſtetit, ita Liuius lib. 27. De hac colonia
Strabo lib. 5.

X. COLONIA CIRCEII.

Huius colonie preter ſuprà citata auctorum loca, meminerunt
Cicerio lib. 3. de natura deorum. Circem (inquit) coloni nostri
Circeos religione colunt, Dionysius lib. 8. vbi Coriolani exilio Ro-
mani facta contra Romanos deſcribit. Item Liuius lib. 2. 27. & 29. &
Plutarchus in Coriolano. Ille autem fuit ſub regibus deducta colonia.

XI. COLONIA ECETRAE.

Ap. Claudio & P. Servilio Cocco anno vrbis 259. Volſciis ad Servilio
vidis in agrum de eis captum Ecetras colonos miſſos fuiffe tra-
dit lib. 6. Dionysius, quos quam Aurunci pellere voluiffent, bellum Ro-
manum in ſe conuerterunt.

XII. COLONIA VELITRAE.

Bello Volſco anno ſequenti poſtquam Ecetri & colonia facta fuerat,
à Virginio, T. Vetusſo coſſ. Volſciis denudis, Veliternus ager eſt ad
emptus. Velitras coloni ab vrbis miſſi, & colonia deducta, ita Liuius
lib. 11. Idem T. Geganio & P. Minutio coſſ. Velitras auxere numerum
colonorū Romani, & Dion. lib. 7. vris creatis Velitras Volſcorum vr-
bem, Frontinus de colonijs. Velitra oppidum Ige Sempronius fuerat
deductum. Poſtea Claudius Cesar agrum eius limitibus augufeis
conſtruxit, militibus eum adſignari iuſſit.

XIII. COLONIA NORBA.

T. Geganio & Publio Minutio Cocco anno vrbis 262. Norbam in
montes nouam coloniam, que arx in Pomptino eſſet miſerūt,
& Dionysius libro 7. Norbam deducta colonia Latinorum vrbem non
incelebrat, & Liuius sterum lib. 7. Priuernates etiam Norbam atq;
Setia ſuntimis colonias Romanas incurſione ſubita depopulati ſunt,
idem de ea libro 27. ſcribit.

XIV. COLONIA CIVIVM ROMA- NORVM ANTIVM.

Liuius lib. 3. Ti. Aemilio 2. & Q. Fabio Cocco anno vrbis CCXXXVI.
Antium Coloniam deduxere 3. viri T. Quintius, A. Virginius et
P. Furius, idem A. CCXC. A. Poſthumio Albo, Sp. Furio coſſ. colonia An-
tium ſupeſta ad Equos tranſiſſe, & lib. 8. L. Furio Camillo, C. Menio,
coſſ. anno CDXVI. Antium noua colonia miſſa, cum eovt Antiaticibus
permitteretur ſi & ipſi aſcribi coloni vellet. Naues inde longe aba-
ſte, interdictumq; marchi Antiati populo eſt, & ciuitas data. Hec o-
mnium prima ex Latina ciuitum Romanorum colonia facta eſt, Fronti-
nus. Antium populus deduxit, iter populo non debetur. Ager eius in
lacineſ ſe aſgnatus. Tranquillus in Nerone, ctp. 9. Antium coloniū
deduxit aſcriptis veteraniſ eſt prætorio, additiq; per domicilij tranſla-
tionem diſiſimi primipilarum, vbi & portuni operis ſumptuosif-
mi ſecit. Hoc an. vrbis DCCCIII. Nerone 4. & Cocco Cornelio, coſſ.
factum

1. t. 1. ſ. 1. ſ. 1.
uerpopulo dabetur P. 3.
tibus tenebatur. De hac I
gefimono mentionem

suctum fuisse tradit lib. 15. Tacitus, ubi ita eo anno ait: Veterani Terrenium & Antium a scripti. Plinius lib. 3. cap. 4. In Latio inquit, quoniam Aphrodismum, nunc Antium colonia. Florus ex Liui in Epitoma lib. XXXC. C. Marius Antium, Aricium & Lauinium deuastauit colo- nias. De ipsa colonia Liui libris 26. & 36. meminit.

COLONIA XV. VITELLIA.

Quo potissimum anno colonia in Equos deducta fuerit Vitellia, ab auctoribus non traditur, ego eam domitis. Equis presidij causa circa annum urbis CCXCV factam fuisse opinor, quo tempore ali- quot deuidis Aequis, triumphi primum acti sunt. Huius colonie Liui lib. 5. L. Lucretilis Flavio, & Ser. Sulpicio Camerino anno urbis 26. ita meminit: Vitelliam coloniam Romanam in agro suo Aequi expugnare. Vitelliam etiam coloniam Tranquillius in Vitellio capite pri- mo commemorat.

COLONIA XVI. LATINA ARDEA.

M. Fabio Vibulano, Posthumo Ebuto Cornicinco coiff. anno urbis 312. SC factum, ut quoniam ciuitas Ardeatum in festino tu- multu redacta ad paucos esset, coloni eis presidij causa aduersus Vol- scos cibentur. Hoc palam relatum in tabulas vt plebi tribunos a- falleret, iudicij rescindendi consilium initum. Consenserant autem vt multo maiore parte Rutulorum colonorum quam Romanorum scri- pta, nec ager viles diuidetur, nisi es qui intercepimus iudicium infami erat, ne vili prius Romano ibi quam omnibus Rutulus datus esset, gleba vila agri assignaretur. Sic ager ad Ardeatas rediit. Triumvir ad coloniam Ardaam deducendam crevit, Agrippa Menenius, & Ti- tius Clelius Siculus, M. Ebutius Elua, ita Liui lib. 4. Frontinus de- colonijs, Ardea oppidum Imp. Hadrianus censuit. Iter populo non debe- tur, ager eius in lacineis est adsignatus, Liui lib. 27. Q. Fabio Max. V. Q. Fausto Flacco 4. coiff. 30. inquit, tunc colonie populi Romani erant. Ex his duodecim quoniam omnium legationes Romae essent, negauerunt consilibus esse unde milites pecuniam darent. Haec fuere, Ardea, Ne- pet, Surrium, Circeij, Alba, Carsteoli, Suesa, Sora, Seria, Cales, Nar- nia, Interamna. Eadem lib. 30. Liuius colonias Latinas vocat, quas ob id punias fuisse refert acerbore deleciu & censi, tributis, & pendy nomine indicto.

COLONIA XVII. LAVICI.

Liuius lib. 4. anno urbis 336. Senatus frequens censuit coloniam Lanicos deducendam, coloni ab urbe mille & quingentimissi- bina iugera accepissent. Lavici oppidum in Latio Praeneste versus erat, a quo via Lautianica, quod Cicero pro Plancio municipium vocat. Haevord sunt coloniae omnes populi Romani deducta post reges ex- actos, ante urbem a Gallis Senonibus captam 120. annorum intervallo, quas ut opinor Sex. Pompeius priscas Latinas colonias vocat, ut di- stinguenterunt a nouis, que postea a populo deductae sunt.

COLONIA XVIII. SATRICUM.

Liuius libro sexto, anno urbis 370. Largiter voluntarius repente- senatus factus Satricum coloniam, duo millia cinium Romano rum deduci iugis. Bina iugera & semissimis agri assignati. Hac colonia in Latio fuit, ut idem Liuius tradit.

COLONIA XIX. LATINA SVTRIVM,
ALIAS IVLIA SVTRINA.

Paterculus lib. 1. post septem annos quam Galli urbem ceperunt (is fuit annus urbis 371.) Sutrium deducta colonia est & post an- num Setia. Feftus Sutrium municipium sui iuris vocat. Frontinus co- lonia Sutrium ab oppidanis est deducta ante limites, &c. Plinius lib. 3. cap. 5. in regione 7. Tuscia colonia Rusellana, Senensis, Sutrina, de- hac colonia Liuius libris 17. & 19.

COLONIA XX. LATINA SETIA,
ALIAS SETINA.

Hec Velleio auctore anno post Sutrium colonia facta est, Fron- tinus. Setia muro ducta colonia triumvirali lege est munita, iter populo debetur P. 35. Ager eius in absoluto ex occupatione a mil- titibus tenebatur. De hac Liuius libro septimo, yigesimo septimo, & vi- gesimono mentionem facit.

COLONIA XXI. LATINA

N E P E T.

Paterculus lib. 1. post septem annos quam Galli urbem ceperunt, Su- trium deducta colonia est & post annū Setina, nouemque interie- cit annū Nepet. Is igitur fuit anno urbis CCCXXCI. Frontinus de Colonis. Colonia Nepensis alias Nepis eadem lege seruat, qua & ager Falserum. Nepet igitur legendū esse ex Prisciano liquet, hanc coloniam Liuius lib. 25. & 29. commemorat, & Feftus municipium suum esse refert.

COLONIA XXII. LATINA CA-
LES AVSONVM.

Liuius lib. 8. M. Valerio Coruo 4. & M. Attilio Regulo coiff. designa- tiretulerunt de colonia Cales deducta factaq. S. C. ut duo mil- lia quingenti homines ed scriberentur, 3. viros colonia deducende, a- groq. dividendo creaverunt, K. Duilium, T. Quintium, & M. Fabiu. Paterculus lib. 1. Sp. Posthumio, Veturio Caluino coiff. Cales deducta colonia, de ea Liuius libris 27. & 29. scribit. Hanc coloniam Cicero in Rullum municipium vocat.

COLONIA XXIII. ANXVR
TARRACINAE.

Liuius lib. 8. L. Aemilio Mamerino, C. Plautio Deciano coiff. anno urbis condita CDXXXV. Anxur trecenti in coloniam misi sunt. Bina iugera agri accepterunt. Paterculus lib. 1. In sequentibus consuli- bus, Sp. Posthumio & Philone Publio censoribus Acerranis data ciui- tas, & post triennium Tarracinas deducta colonia. De eadem Liuius libris 26. 27.

COLONIA XXIV. FREGELLAE
VOLSCORVM.

Liuius lib. 8. P. Plautio Proculo, P. Cornelio Scapula, coiff. anno ur- bis CDXXVI. Fregellae, Signiorum is ager deinde Volscorum fue- rat, colonia deducta. De eadem lib. 27. & 29. meminit.

COLONIA XXV. LVCERIA
SAMNITIVM.

Liuius lib. 9. M. Petilio Libone, C. Sulpicio Longo 3. coiff. Luceriam colonia deducta, duo millia & quingenti coloni misi. Erat an- nus urbis 440. Paterculus lib. 1. eam decennio ante deductam frisi- se scribit sic. Post triennium Tarracinas deducta colonia interposito quadriennio Luceria. Fuit is annus urbis CDXXIX. Plinius lib. 3. ca. 2. Dauniorum preter supra dicta colonia Luceria, Venusia. Polybius lib. 3. de bello Punico secundo, Hamibal Dauniam populatur, & in ea coloniam Romanam Luceriam, de eadem Liuius lib. 27. 29.

COLONIA XXVI. LATINA SVES-
SA AVRNCA.

Liuius lib. 9. L. Papirio Cursore v. & C. Junio Bubulco 2. coiff. anno CDXL. Suesa & Pontia colonia deducta sunt, Suesa Aurun- corum fuerat. Paterculus lib. 1. ac deinde interiecto triennio Suesa Au- runca & Saticula. Frontinus: Suesa aqua & Aurunca dicitur muro ducta, lege Sempronia est deducta. Iter populo non debetur, ager eius pro parte limitibus interfectus & in lacineis est adsignatus. Plinius lib. 3. ca. 1. in regione prima Italie ex descriptione Augufti colonie Ca- pua, Aquinum, Suesa, Venafrum. Hanc coloniam Cicero in Rullum municipium vocat. De hac Liuius lib. 27. & 29.

COLONIA XXVII. SATICULA.

Paterculus lib. 1. interposito quadriennio Luceria, ac deinde in- teriecto triennio Suesa, Aurunca & Saticula anno urbis DDXLI. Sex. Pompeius. In Satri.... In Samnio captum est quo (postea co- loniam) eam deduxerunt 3. viri M. Valerius Corvus, Iunius Setia. Pi- Fulius Longus ex S. C. Kal. Ianuaris L. Papirio Cursore, C. Junio 2. Coiff. De eadem Liuius lib. 27. & 29.

COLONIA XXVIII. PONTIA.

Hec eodem anno quo Suesa, auctore Liui, colonia deducta est. Quirita ait, Suesa & Pontia colonie deductae sunt. Volsci Pon- tia in insulam sitam in confine littoris sui incoluerunt. De eadem me- minit libro 27.

COLONIA XXIX. LATINA
INTERAMNA.

Paterculus lib. i. Interiecio triennio Suesa, Aurunc & Saticula, Interamnaq; post biennium Linius lib. io. Interamnam & Caſinum vt deducerentur colonie, S.C. factum eſt. Sed triumuiros creare, ac misere colonorum quatuor millia inſequentes confules M. Valerius, P. Decius CDLXII. Idem lib. io. L. Poſthunio Megello, M. Attilio Regulo coſſ. Samnites Interamnam coloniam Romanam, que via Latina eſt occupare conati. Fuit enim & aliud oppidum Interamna in Umbria. De eadem Linius libris 27. & 29.

COLONIA XXX. CAS-
SINVM.

Eodem anno quo Interamna deducta eſt, Caſinum ut tradit Linius, quam Cicero pro Planco municipium vocat.

COLONIA XXXI. L. SORA.

Linius lib. io. L. Genutio, Ser. Cornelio Coſſ. anno vrbis CDLI. Sora atque Albana colonia deducta. Sora agri Volsci fuerat, sed posſederat Samnites, ed quatuor millia hominum miſſa. Paterculus libro primo. Decem deinde hoc in unere anni vacauerunt. Tunc Sora atq; Alba deducta colonia. Frontinus de coloniis. Sora muro ducta colonia, deducta iuſſu Caesaris Augusti, iter populo debetur pedum 15. Ager eius limitibus Augusteis veterani eſt adſignatus. Plinius 3. cap. 5. Regio ea à Tyberi prima Italia ſeruatur ex iſcriptione Augusti, in tuis coloniis, Capua, Aquinum, Sufca, Venafrum, Sora, Theanum. De eadem Linius libro vijegimo ſep̄timo, & vijegimo nono. Soram Cicero pro Planco municipium nominat.

COLONIA XXXII. L. ALBA.

Linius lib. io. Sora & Alba colonia deducta. Alba in Aequos sex milia colonorum ſcripta. Florus ex Lilio in Epitoma lib. 72. Aſernia & Alba colonia ab Italiciis obſeffa ſunt, de eadem Linius libris vi- gesimo ſep̄timo & vijegimo nono.

COLONIA XXXIII. L. CARSEOLI,

Linius lib. io. M. Lilio Dentre, Q. Aemilio coſſ. anno vrbis CDLII. Marsorum agrum vi tueri, in quem colonia Carſeoli deducta erat, quatuor millibus hominum ſcriptis. Velleius lib. i. Sora atq; Alba deducta Colonia, & Carſeoli poſt biennium. De eadem Linius libris vi- gesimo ſep̄timo & vijegimo nono.

COLONIA XXXIV. L. NARNIA,
NEQVINUM.

Linius lib. io. M. Fulvio Patino, & T. Manlio Torquato, coſſ. anno vrbis CDL V. Nequinum in deditonem populi Romani venit, colonia eō aduersus Umbros miſſa à Flumine Narnia appellata. Plutarchus in Tito Quintio colonias deduxit ante Consulatum Narnia & Cossam. De eadem lib. 27. 29.

COLONIA XXXV. SINVESSA.

Linius lib. io. Tuin de praefidio regionis depopulata à Samnitibus agitari coepit. Itaque placuit ut due colonia circa Vestinum & Falernum agrum deducerentur. Una ad Ostium Lyris ſuniq; Minturnae appellata, altera in ſalutu Vestini Falernum contingente agrum, vbi Synope dicitur Greca vrbis iuſſe: Sinuessa deinde ab colo- niis Romanis appellata. Tribunū plebi negotiū datum eſt, vt plebi- ſcito iuberetur, P. Sempronius Praetor Triumuiros in ea loca colonis deducendis creare. Nec qui nomina darent facile inueniebātur, quia in ſtationem ſe prope perpetuam infeſta regionis, non in agros mitti rebantur. Hoc autem Ap. Claudio 2. & L. Volumnio 2. Coſſ. factū eſt, anno vrbis CDL VIII. Eas verò non niſi anno ſequenti deductas hi verbi refert Velleius. At Fabio Quinto & Decio Mure 4. Coſſ. quo anno Pyrrhus regnare coepit. Sinuessa Minturnasq; miſſi coloni. De colo- nia Sinuessa, Linius lib. 27. 29.

COLONIA XXXVI. MINTVRNAE.

Hec Lilio & Velleio auctoribus, eodem anno quo Sinuessa colo- nia deducta eſt. De qua ſic ſcribit Frontinus, Minturnae muro ducta colonia, deducta à C. Ceſare. Iter populo non debetur, eius ager

pro parte in iugribus eſt adſignatus, ceterum in abſoluto reliftus. Plinius lib. 3. Colonia Minturnae Iyri anne diuſa, Glanu appellato. Oppidum Sinuessa extreman in adiecto Latio. De hac colonia Cicero pro Planco, Dionysius lib. i. Linius libris 27. 29. Ptolemaeus mentionem faciunt.

COLONIA XXXVII. VENVSIA.

Paterculus lib. i. Sinuessa Minturnasq; colonias miſſi poſt qua- driennium Venusiam anno vrbis CDLXII. Linius lib. 3. 1. Sul- pitio Galba 2. C. Aurelio Corta coſſ. anno vrbis DLIII. 3. uiri creati ad ſupplendū Venusiam colonorum numerum, quod belli Hannibalis attenuatae vires eius coloniae eſſent: C. Terentius Varro, T. Quintius Flaminius, P. Cornelius, Cr. Scipio. Hi colonos Venusiam adſcripſe rur, Plinius lib. 3. cap. ii. Dauniorum præter ſitp̄a diuſi, as colonia Ve- nusia. De eadem Linius lib. 27.

COLONIA XXXVIII. SENA.

Florus ex Lilio colonie deductae ſunt caſtrum Sena, Hadria anno CDLXV. Hoc ego magis faciūm ſuiffe anno vrbis CDLXXI. quo Senonibus à P. Dolabellā ad internectionem cefis, hę in eorū dem agriſ colonia deducta ſunt. Hanc autem in Senonum agro ſupero mari adiacente deductam ſuiffe ſic ex Lilio libro 27. intelligitur: C. Claudio Neronē, M. Lilio Salinator 2. coſſ. Colonos maritimos, qui ſacraſtantam vacationem dicebantur habere, dare milites cogebant nullus obſeruata. Ostiensis, Alſensis, Antias, Anxuras, Minturnen- ſis, Sinuſanus, & à ſupero mari Senenſis. De colonia Senenſi men- tionem facit Tacitus lib. 21.

COLONIA XXXIX. HADRIA.

Hec eodem anno quo Sena deducta eſt colonia fuit auctore Lilio, de qua idem etiam meminit, lib. 27.

COLONIA XL. COSSA,
ALIAS CONSAS.

Paterculus lib. i. Cossam ut Peſtum Fabio Dorſone & Claudio Ca- mina anno vrbis CDLXCI. colonie deductae ſunt. Florus ex Lilio in Epitoma libro 14. Colonie deductae ſunt Peſtonia & Consas, Plinius lib. 3. c. 4. 5. In regione 7. Estruria ab eo trachū Umbria portusq; Telamon, Cofſa Volciensium à populo Romano deducta, viſti enim aliquot annis antè fuerant Volſenſes & Vulſinienſes à Tit. Corin- canio, de quibus etiam triumphauit. Linius lib. 33. L. Furio Purpureo- ne, M. Claudio Marcello Coſſ. Cossam poſtulantibus, ut filii colo- rum numerus augeretur, mille aſcribi iuſſi, dum ne quis in corū nu- mero eſſet qui poſt L. Cornelium & Ti. Sempronium Coſſ. hoſſis ſuif- ſet. Plutarchus in Tit. Quintio refert, cum adolescentem, & Narnia & Cossam Colonias deduxiſſe. Cossam Cicero in Verrem municipi- um vocat. De eadem Linius lib. 27. Hac noſtra atate Orbetellum di- citur.

COLONIA XLI. PAESTVS, ALIAS
POSSIDONIA.

Paeſtus que & Peſtonia dicta eſt, eodem anno quo Cossa colonia deducta eſt, ut ex Velleio & Lilio videmus. De ea etiam ita ſcribit Linius lib. 27. Et ab altero mari Pontiani, Peſtani & Cossani. Stra- bo lib. 5. Piceſtes ex Hadria Romani colonoſ in Peſtonia ſem finu- deduxere, vrbis Peſtonia Peſtus dicta eſt in medio ſinu collocata ab Sybaritis, quoſ Licanī, Licanos Romani expulere. In ſalubris vrbis ob- amni in paludes diffuſum.

COLONIA XLII. ARIMINVM.

Florus ex Lilio lib. 15. Colonie deductae Ariminum in Piceno, Be- neuentum in Sannio. Paterculus lib. i. P. Sempronio Sopho, & Appio Caci Coſſ. anno CDXXXI. Ariminum & Beneuentum colo- ni miſſi. Strabo lib. Ariminum Umbrorum colonia, ut Raenina vira- que Romanos habet inquitinos. Plinius lib. 3. cap. 15. Octauia regio de- terminatur Arimino, Pado, Apenino. Is ora ſinu Cratilinum, Ariminum colonia cum Aenibus, Arimino & Apruſe: Flauini hinc Rubicon quondam ſinu Italia. Entropius lib. 2. P. Sempronio Sopho et Ap. Claudio coſſ. Condite à Romanis ciuitates Ariminum in Gallia, Beneuentum in Sannio. De eadem colonia Cicero pro Caccina. Li- nius lib. 27. & 29.

COLONIA XLIII. BENEVENTUM
CONCORDIA.

Hec colonia eo anno quo Ariminum Liuio, Velleio & Eutropio auctoribus deducta est. De qua sic scribit Frontinus in lib. de colonijs: Beneuentum muro ducta Colonia Concordia dicta, deduxit Nero Claudius Caesar. Iter populo non debetur. Ager eius lege 3. virali veterani est ad signatus. Cauidum alias Cauidum oppidum muro ductum iter populo debetur pedum L. a. C. a. Augusto colonia Beneuentana cum territorio suo est adiudicatum. Ager eius veteranis fuerat ad signatus, postea mensuram limitibus et censu. Sex. Pompeius: Beneuentum (inquit) colonia quam deducetur appellari co- prum est, melioris omnis causa. Namq. eam urbem antea Graeci in- colentes Maleuentum appellavunt. Et Plin. lib. 3. cap. ii. Cetera iuriis in secunda regione Hirpinorum colonia una Beneuentum auctoratis mutata nomine, que quondam appellata Malcentum: Polybius lib. 3. Hannibal Beneuentum coloniis diripuit. De eadem Liuius lib. 27.

COLONIA XLIV. FIRVM.

Hec eodem anno quo Castrum Velleio auctore in initio primi belli Punici deducta colonia est. De qua Liuius lib. 27.

COLONIA XLV. CASTRVM
NOVVVM.

Florus ex Liuio in Epitoma lib. ii. coloniae deductae, Castrum, Sena, Hadria. Hoc autem factum est anno vrb. CDLXV. Paterculus lib. i. longe post deductam scribit, ait enim: Initio primi belli Punici Firmum & Castrum colonis occupata, is annus vrbis fuit CDXXXCIX. Liuius lib. 36. Senatus decrevit vacationem rei naualis non esse colo- nis maritimis Ostia, Fregene, Castrum nonum, Pyrgi. Vellej ut appro- bem sententiam potius, quam Liuij, facit, quod Tusci nondum vi- erant ut in his coloniis adhuc deducerentur.

COLONIA XLVI. AESERNIA.

Velleius lib. i. initio belli Punici Firmum & Castrum colonis occu- pata, & post annum Aesernia, ergo anno vrbis CDXCII. Florus ex Liuio lib. 16. Colonia Aesernia deducta est. Frontinus de colonijs Ae- sernia colonia deducta lege Iulia, iter populo debetur pedum 10. ager eius limitibus Augustis est ad signatus. Florus in Epitoma lib. 72. Ae- sernia ut Alba colonie ab Italicis obesse sunt. Idem lib. 73. Aesernia colonia cum M. Marcello in potestatem Samnitium venit. De eadem Liuius lib. 27.

COLONIA XLVII. ALSIVM.

Paterculus lib. i. Post 22. annos Aesulum & Alfium colonis occu- pata sunt. Liuius lib. 27. Colonis maritimis vacatione obseruatano est, Ostiensis, Alfensis, Antias, Anxuras, Minturnensis, Simussanus, & Senensis.

COLONIA XLVIII. AESVLVM.

Hec auctore Velleio eodem anno, quo Alfium colonia deducta est, fuit in annis vrbis condite DVII.

COLONIA XLIX. FREGENAE.

Florus ex Liuio in Epitoma lib. 19. Colonia deducta sunt Fregene in agro Salentino Brundusium Paterculus lib. i. Fregena post biennium colonia deducta est, Liuius lib. 36. Senatus decrevit colonias maritimis vacatione reinaualis non habere, Ostia, Fregene, Castrum nouum, Pyrgi.

COLONIA L. BRUNDIVSIVM.

Paterculus Fregena post biennium proximo, anno Torquato Sem- pronio, & Brundusium anno vrbis DX. Florus, Colonia deduc- ta sunt Fregena & in agro Salentino Brundusium. De eadem Liu- us libris 27. 29.

COLONIA LI. SPOLETIVM.

Florus in Epitoma lib. 20. Vmbriis viiis Spoletiun colonia deduc- ta est Paterculus lib. i. Brundusium, & post triennium Spoleti- um colonie deductae sunt. Quo anno Floralium ludorum factum est initium. Liuius lib. 22. Hannibal interim recto itinere per Vmbriam viiis ad Spoletiun venit, inde repulsi coniectans ex viuis colonie vi- ribus Romanae vrbis esset. Et Cicero pro Balbo, Spoletiun, T. Macri- nus vnu ex his quos C. Marius ciuitate donasset, dixit causam ex co- lonia Latina in primis firma & illuftri: Et paulo post, sed cum lege Appuleia colonie non essent deductae, qua lege Saturninus, C. Mario tulerat, vt in singulas colonias ternos ciues Romanos facere posset. De eadem Liuius lib. 27.

COLONIA LII. VALENTIA.

Paterculus Torquato Sempronio, & Brundusium & post tri- ennium Spoletiun, postquam biennium deducta Valentia. Anno vrbis DXV. Liuius 35. De eiusdem colonie restituione (vt puto loquens) ita dicit L. Quintio, Cn. Domitio & anno vrbis DLXVII. Vibone colo- nia deducta est, ex S. C. plebis, & cito, tria millia & septingenti pedi- tes ierunt CCC. equites, 3. viri deduxerunt eos. Q. Nevius, M. Minu- tius, M. Furius Crispinus, quina denuo iugera agri data in singulos pe- dites sunt, duplex equitibus. Brutiorum proxime fuerat ager. Brutij ceperant de Gracis Strabo lib. 6. Post Coientiam Hipponum est Lo- crovorum adiunctionem quod Brutij cripere Romani & Vibonem Valen- tiam appellaure.

COLONIA LIII. LATINA

PLACENTIA.

Quod Asconius Pedianus in Pisonianam. In annalibus eorum qui Pa- nicum bellum secundum scripserunt, tradivideo Placentiam coloniam deducitam prid. Kal. Ianuarii Ti. Sempronio Longo, & Pu- blio Cornelio Scipione patre Africani Coss. Primo anno eius belli vrbis DXXXVI. Sex millia hominum noui coloni deducti sunt. In quibus equites deducendi fait causa, ut opponeretur Gallis, qui eam par- tem Italicam tenebant, deduxerunt tres viri P. Cornelius Afina, P. Pa- pirius Mafo, et Cheineus Pompeius, alias Cn. Cornelius Scipio. Eamq. co- loniam 53. deductam esse inuenimus. Deducta autem Latina Florus lib. 20. in Epitoma. Colonie deductae sunt in agro, de Gallis capto Pla- centia & Cremona Paterculus lib. i. Sub adventu in Italiam Hanni- balis Cremona atq. Placentia deducta coloniae. Polybius lib. 3. sic scri- bit, P. Scipione, Ti. Sempronio Coss. Cremonam trans Padum & Pla- centiam circa Padum, deduxerunt C. Lutatius vir consularis alijq. duo praetorij 3. viri quos Boii fugarunt & Mutinam compulsero. deductae sunt sex millia ciuitum, intra trigessimum diem adesse iussa. Plut. In Hannibale Romani Placentiam Cremonamq. colonos deduxerunt. Pli- nius lib. 3. cap. 15. In octava regione Italiae coloniae Parma & Placen- tia. De eadem Liuius lib. 31. & Tacitus lib. XIX. mentionem faciunt. Hanc Cicero in Pisoneum municipium & Fesius municipium sui ini- ris vocant.

COLONIA LIV. LATINA

CREMONA.

Hec eodem anno quo Placentia, Polybius, Liuio, Velleio & Pla- centio auctoribus deductae sunt, de qua sic scribit Cornelius Ta- citus lib. 19. Hic exitus Cremonam habuit anno CCXXCVI. à primor- dio fui condita erat. Ti. Sempronio, & Cornelio Coss. ingruente in I- taliam Hannibale propugnaculum aduersus Gallos trans Padum a- gentes & si qua alia vis per Alpes irrueret: Igitur numero colonorū, opportunitate fluminis, ubere agri annueci coniunctisq. gentiis ad- oleuit, floruitq. bellis externis intacta civilibus infelix. Liuius lib. 31. Galli Placentiam inuaserant, & direpta, traiecta pado ad Cremonam diripiendam pergunt. Vicinæ vrbis auditæ clades flatum colonis de- dit ad claudendas portas duarum coloniarum alteram captam, alte ram oppugnari. Idem lib. 33. Cremonentium & Placentinorum colo- norum turbæ, qui pileati sequebantur Cornelium. Cet begum confu- lem triumphantem de Gallis Insubribus & Cenomanis. Et lib. 37. Cremona & Placentia colonis ante, Plinius lib. 3. ca. 19. In mediter- raneo regione 10. Colonia Cremona, Brixia, Cenomanorum agro Ve- nctorum, Atrebæ, Peolemeus lib. 3. cap. 1. Cenomanorum qui sub Vene- tia sunt ciuitates, Cremona colonia.

COLONIA LV. PVTEOLI CI-

VIVM ROMANORVM.

Liuus lib. 34. P. Africano maiore 2. & Ti. Sempronio Coss. anno DLX. Colonie ciuium Romanorū deductae sunt Puteoles, Vul- turnum, Linturnum, tricentri homines in singulis. Paterculus lib. i. Eo- dem tempore traxit, quanquam apud quoddam ambigitur. Puteo- los Salernumq. atq. Buxentum misi coloni. Rursum Liuus lib. 34. Puteoles Salernumq. & Buxentum adscripti coloni, qui nomina de- derant quoniam ob id se pro ciubus Romanis ferrent, senatus iudicauit non esse eos ciues Romanos, Frontinus. Puteoli colonia Augusta: Au- gustus deduxit. Iter vno laterè populo debetur. P. 30. Ager eius in iu- geribus veterani, & tribunis legionariis est ad signatus, Regulus. Pu- teoles vnu ex his praefecturis aliquando suisse dicit, in quas praefectio po- puli Romani suffragijs creati mittabantur, Tacitus lib. 14. vetus oppi- dū Puteoliis colonie, & cognomentū à Neroni adipiscitur, Stra. lib. 5. Puteoli Cumaniū emporiū bello Hannibalis à Romanis incolis au- ñu nomine accepit à puto vel à putore, antea Dycearchia dicebatur:

COLO-

COLONIA LVI. SALERNUM CIVIVM ROMANORVM.

Liuius 34. libro P. Cornelio Scipione Africano 2. Ti. Sempronio Longo Coss. anno DLX. Colonie ciuitatum Romanorum deductae sunt Puteolos, Vulturum, Internum triceni homines in singulas. Item Salernum Buxentumq; colonia ciuitatum Romanorum deductae sunt. Deduxerunt 3. viri, Tit. Sempronius Longus qui tunc coherat, Marcus Seruilius, C. Minutius Thermus: Ager diuisus est qui Campanorum fuerat. Eadem Plutarchus lib. 1. Strabo lib. 5. Romani Salernum custodie gratia munierunt, de ea et Appianus 1. bellorum ciuitium.

COLONIA LVII. BUXENTVM. C. R.

Eodem anno quo Puteolos Salernumq; & Buxentum coloniae deductae, vt Liuius & Parcillus tradunt. De eadem Liuius libro trigesimo nono. Sp. Posthumio Albino, Q. Marcio Philippo Coss. anno urbis DLXVIII. Triumviri ad colones scribendos Syppontum mari supero Buxentum infero desertas colonias ab T. Manio Pr. urbis creati sunt, L. Scribonius M. Tuccius, Cn. Bebius Tamphilus.

COLONIA LVIII. VULTVR-

NVM. C. R.

Hec cum tribus supra scriptis coloniae deductae est. De qua Frontinus sic scribit Vulturum muro ducta colonia iussa Imper. Cesarii est deducta, iter populo debetur pedum 20. Ager eius in nominibus villarum, & possessorum est ad signatus, Varro libro quarto de lingua Latina. Nam & colonia nostra Vulturum & deus Tiberinus. Hec colonia inter eas praefecturas à Fesio resertatur, in quas prefecti à populo Romano creati mittebantur.

COLONIA LIX. LINTERNUM. C. R.

Et hec cum Vulturno & tribus reliquis eodem anno colonia facta est. De qua ita scribit Frontinus: Internum muro ductum, colonia ab Augusto deducta, iter populo debetur, P. CXX. Ager eius in ingeribus veteranis est ad signatus. Hec eadem iure praefectura aliquando suisse à Fesio resertatur quo Vulturum.

COLONIA LX. SIPONTVM. C. R.

Liuius libro XXCIL. Scipione Africano 2. & Sempronio Longo Coss. Sipontum in agrum qui Hirpinorum fuerat coloniam ciuum Romanorum 3. viri D. Iuuius Brutus M. Bebius Tamphilus, & M. Helius deduxerunt. Hec eodem Liuius auctore deserta colonia cù Buxento restituta est.

COLONIA LXI. TEMPESA. C. R.

Liuius eodem anno quo Sipontum, Tempsem, item, Crotonem ciuitatum Romanorum coloniae deductae sunt: Tempsem ager, de Brutiis captus erat. Brutii Grecos expulerant. Tempsem L. Cornelius Merula, & C. Saloniis deduxerunt.

COLONIA LXII. CROTON. C. R.

Liuius lib. 34. Africano 2. & Longo Coss. anno DLX. Tempsem & Crotonem ciuitatum Romanorum coloniae deductae. Crotonē Greci habebant. 3. viri, Cn. Octavius, L. Aemilius Paulus, C. Platorius Crotonem deduxerunt.

COLONIA LXIII. PIRGI.

Hec eodem anno colonia deductae est, quo superiores, de qua sic scribit libro trigesimo sexto Liuius: P. Scipione Nasica, M. Attilio Glabrone Coss. senatus decreuit colonias maritimam vacationem rei natalis non habere, Ostia, Fregene, Castrum nouum, Pirgi, Antium, Terracine, Minturnae, Sinuessa, qd;

COLONIA LXIII. LAT. BONONIA.

Liuius lib. 37. M. Fulvius Nobilior & Cn. Manlio Vulsoni Coss. anno DLXV. ante diem 3. Kal. Ianuarias Bononiam Latina colonia ex senatu consilio, L. Valerius Flaccus, M. Attilius Serenus, L. Valerius Tappo 3. viri deduxerunt. Tria millia hominum sunt deductae, equitib. septuagena iugera, ceteris colonis quinquagena sunt data. Ager captus de Gallis Boijs fuerat. Galli Tufoes expulerant. Partculi lib. 1. Cn. Manlio Vulsoni, M. Fulvius Nobilior Coss. Bononia deducta colonia. Febris Bononiam municipium sui iuris appellat: Plinius lib. 3. ca. 15. In regione 8. que determinatur Arimino, Pado, Apennino intus, colonia Bononia Felsina vocitata, quam Princeps Etruria effecit Brixillum, Mutina, Parma, Placentia: Pomponius Mela lib. 2. cap. 2. Urbius que procul à mari habitantur opulentissime sunt, ad

finisfram Patavium Antenoris. Mutina & Bononia Romane coloniae.

COLONIA LXV. PISAVRVM.

Liuius libro 39. P. Claudio Pulchro, L. Porcio Licinio Coss. anno DLXX. coloniae due Pollentia in Picenum, Pisaurum in Galli cum agrum deductae sunt, sene iugera in singulos data, diuiscerunt agros, colonosq; deduxerunt 3. viri. Q. Fabius Labeo, M. & Q. Fulvius Flaccus & Nobilior: Paterculus lib. 1. Quadriennium post Bononiam Pisaurum ac Potentia coloniae deductae Plutarchus in Antonio. Prodigia ante bellum Attilacum fuere, Pisaurum urbem non longe ab Hadria, in qua Antonius colonos deduxerat, biatu terra ab sorptum perisse.

COLONIA LXVI. POTENTIA

ALIAS POLLENTIA.

Hec eodem anno cum Pisauro colonia deducta est, vt Liuius & Velleius tradunt.

COLONIA LXVII. MUTINA. C. R.

Liuius lib. 39. Q. Fabio Labeone, M. Claudio Marcello, Coss. anno DLXI. Mutina & Parma, coloniae Romanorum ciuitum sunt deductae. Bina millia hominum in agro, qui proxime Boiorum & Tuscorum fuerat. Octogenaria Parma, quina Mutina accepérunt. Deduxerunt 3. viri M. Aemilius Lepidus, T. Aelutius Caius L. Quintus Crispinus. De hac colonia Polybius lib. 3. Cicero Philippica 7. Plinius lib. 3. ca. 15. & Pomponius Mela lib. 2. ca. 2. mentionem faciunt.

COLONIA LXVIII. PARMA. C. R.

Hec eodem anno quo Mutina colonia facta est, vt paulo ante vi dimis.

COLONIA LXIX. SATVRNIA. C. R.

Liuius lib. 39. Q. Labeone, & M. Marcello Coss. Saturnia colonia ciuitatum Romanorum in agrum Caletratum est deducta, deduxerunt 3. viri Q. Fabius Labeo, C. Ascanius Stellio, T. Semp. Gracchus, Ptolemaeus lib. 3. ca. 1. Tufores mediterranea Saturnia colonia. Hac colonia inter eas praefecturas Febris enumerat in quas praefecti quotannis à Praetore urbis mitti solebant.

COLONIA LXX. LATINA AQVILEIA.

Liuius lib. 39. Q. Labeone & M. Marcello, Coss. illud agitabant in senatu, ut colonia Aquileia deduceretur, nec satis constabat, utrum Latinam an ciuitatum Romanorum deduciplacearet. Postremo Latinam potius coloniam deducendā patres consuerunt. 3. viri creati sunt, P. Scipio Nasica, C. Flamininus, L. Manlius Acidinus. Et lib. 40. P. Cornelio Cethego, M. Bebius Tamphilo Coss. anno urbis DLXVII. Aquileia colonia Latina in agro Gallorum est deducta. Tria millia pedum, quinquagena iugera. Centuriones centena, centena quadrigena equites accepérunt, 3. viri deduxerunt, qui sapr. Velleius: Interiecto triennio Aquileia & Granisca. Plinius lib. 3. cap. 18. In 10. regione Italia Venetia Natisa cum Turro. Praeflentes Aquileiam coloniam 12. millia passuum à mari sitam, Carnorium hac regio. Strabo lib. 5. & Ptolemaeus lib. 3. cap. 1. eius colonie meminerunt.

COLONIA LXXI. GRAVISCAE.

Liuius lib. 40. P. Cornelio Cethego, M. Bebius Tamphilo Coss. colonia Grausca deducta est in agrum Etruscum de Tarquinienibus quondam caprum, quina iugera agri data. 3. viri deduxerunt C. Calpurnius Piso, P. Claudio Pulcher, & Caius Terentius Ister. eiusdem meminit Velleius & Frontinus: colonia Grausca ab Augusto de duci iussa est, nam ager in absoluō tenebatur. Postea Imperator T. Caesar iugerationis modum fernandi causa lapidibus immensis reip. loca ad signauit.

COLONIA LXXII. LATINA PISAE.

Liuius lib. 40. A. Posthumio Albino, C. Calpurnio Pisone Coss. anno DLXXIII. Pisanae agrum pollicentibus quo Latina colonia deduceretur, gratiae ab Senatu acte, 3. viri creati ad eam rem Q. Fabius Buteo, M. & P. Popillij Lenates. Ptolemaeus lib. 3. eius colonie meminit, Febris Pisae municipium sui iuris suisse scribit.

COLONIA LXXIII. LVCA. C. R.

Liuius lib. 41. C. Claudio Pulchro. Tit. Sempronio Gracchus Coss. anno urbis DLXXVII. Lucam colonia co. ciuitatum Roman. sunt deductae, 3. viri deduxerunt Pub. Aelius L. Aegilius, Cn. Sicinius. Quin-

Quinquagena & singula iugera, & semisses agri in singulos dati sunt. De Ligure captus is ager erat, Etruscorum antequam Ligurum fuerat. Patriculus, & post quadriennium Luca colonia deducta. Plinius lib. 3. cap. 5. In regione 7. Primum Errurie oppidum Luca à mari recedens, quam Fessus municipium sui iuris vocat.

COLONIA LXXXIII. AVXIMVM.

Paterculus lib. I. Auximum miseri coloni in Picenum ante triennium, quam Caius Censor à Lupercali in Palatum versus rheum facere insituit, cui in denunciando eximia ciuitatis seueritas, & co. Cæpio resistere. Fuit is annus urbis DCCXVII. Sex. Iulio Cæsare, L. Aurelio Oreste COSS.

COLONIA LXXV. FABRATERIA.

Paterculus lib. I. Cæsio Longino, & Sextio Caluino coſſ. anno vbiis DCXXX. Fabrateria colonia deducta eſt. Frontinus de Colonijs. Fabrateria muro dacta, iter populo non debetur. Ager eius iure ordinario eſt diuīſus.

COLONIA LXXVI. SCYLACIVM.

Paterculus lib. I. Cæsio Longino, & Sextio Caluino coſſ. DCXXX. Fabrateria colonia deducta eſt. Et post annum Scylacium, Miserium, Tarentum, Neptunam, Carthagoq. in Africa prima extra Italiam colonia condita eſt. De Derona ambiguitur.

COLONIA LXXVII. MINERVIVM.

Eodem anno quo Scylacium authore Velleio deducta colonia, anno urbis DCXXXI. Q. Cecilio Metello Balearico, T. Quintio Flaminio coſſ.

COLONIA LXXVIII. TAR-

ENTVM.

Et hæc cum Scylacio & Mineruio colonia, ut tradit Velleius, deducta eſt. De qua Plutarchus in Gracchis ut a scribit: C. Gracchus Tribunus plebis legem promulgavit, ut Tarentum & Capuan coloniae deducerentur. Drusus vero eius collega vt 12. fierent, quod Senatus probauit. Tacitus lib. 4. Nero 4. & Cossio Cornelio coſſ. Veterani Tarentum & Antium adscripti. Non enim ut olim viuēre, sed legiones deducebantur cum tribunis & Centurionibus, & suis cuiusque ordinis militibus. Strabo libro sexto. Tarentum inquit Romanorum colonia.

COLONIA LXXIX. NE-

PTVNIA.

Cum Scylacio, Mineruio, & Tarento colonia deducta eſt, authore Velleio urbis DCXXXI.

COLONIA IVLIA DER-

TONA LXXX.

Et hæc circa haec tempora, ut tradit Paterculus colonia facta eſt, de qua Plinius lib. 3. cap. 5. Ab altero Apennini latere ad Padum aminem Italia ditissimum omnia nobilibus oppidis nirent. Liburna Dertona colonia, Iria. Hæc regio ex descriptione Augusti g. eſt.

COLONIA LXXXI. NOLA.

Anno urbis DCXXXI. Q. Balearico, et T. Quintio Flaminio coſſ. quo C. Gracchus primum Tribunatum gessit, 12. vt ait Plutarchus, vel 10. vt Appianus lege Drusii tribuni plebis coloniae factæ, in quarum singulas tria milia ciuium deducta, quibus deducendo ipse præcessenoluit, sed alios prefecit. Adiicit Florus ex Lilio in Epitoma lib. 60. C. Gracchus Tribunus plebis continuato in alterum annum Tribunatu legibus agrarijs lati efficit, vt complures coloniae in Italia deducerentur, & uno in solo diruta Carthaginis quo idem ipse 3. vir creatus coloniam deduxit. Item refert Appianus lib. I. bellorum ciuilium. Quæ autem fuerunt ab authoribus non produntur. Ego has fuisse opinor, Scylacium, Mineruio, Tarentum, Neptunam, Deronam, quas Velleius scribit hoc anno deducta fuisse. Item Nolam,

Ariciam, Lauinium, Abellinum, Ferentinum, Tarquinios & extra Italiam Carthaginem. Nam has omnes vrbes paulo post colonias fuisse legimus, nec quādo deductæ fuerint, appetat. Quæ quin ante haec tempora factæ non sint, reliquum eſt, vt eas hoc anno legibus Semproniam & Livia deductæ dicamus, quarum una fuit Nola, de qua scribit ex Lilio Florus in Epitoma lib. 73. L. Cæsar consul male aduersus Samnites pugnauit. Nola colonia in potestate Samnitum cum L. Poſta mio prævenit, qui interempta eſt. Fessus Nolam municipium sui iuriſuſe tradit. Frontinus de Colonijs. Nola nunc ducta colonia Augusta Vespasianus Augusſus deduxit. Iter populo debetur, P. C. XX. Ager eius militibus Sullani fuerat assignatus, poſtea intercessuſis menſis colonis, ut familia eſt assignatus. Plinius lib. 3. cap. 5. Regio ea ad Tyberi primæ Italie feratur ex descriptione Augusti, intus colonia Capua, Aquinū, Suesa, Venafrum, Sora, Theanum, Nola, Antiquus lapus.

COLONIA LXXXII.

ARICA C. R.

Florus ex Lilio in Epitoma lib. 30. Naricus Antium Ariciam, Lauinium colonias deu. aſſauit, Aricia autem ex antiquo municipio colonia facta fuerat.

COLONIA LXXXIII. LA-

VINIVM.

Hæc yr̄ putō vna ex 12. colonijs hoc anno deductis fuit, de qua bello Marisco meminit ex Lilio Florus lib. 30.

COLONIA LXXXIV. ABEL-

LINVM.

Abellinum inquit Frontinus, nro ducta colonia lege Semproniam. Iter populo non debetur. Ager eius veteraniſ eſt assignatus. Velleius libro secundo de C. Sempronia Gracco loquens, C. Gracchus tribunatus ingressus longe maiora & acrior, & repetens dabant cunctarē omnibus Italis, extendebat eam penè usq. ad Alpes, dividiebat agros, verabat quenquam ciuium plus quingeniū iugerbis habere, noua confiſciuebat portoria, nouis colonijs replebat provincias, iudicia & senatu transferbat ad equites, frumentum dare instaurerat. Ex quibus verbis inteligo, Abellinum & reliquas colonias, quas Frontinus lege Sempronia deductas scribit ex his 12. fuisse, que hoc anno ab ipso, & Druso tribunis plebis deductæ sunt.

COLONIA LXXXV. FEREN-

TINVM.

Frontinus in libro de Colonijs: Ferentinensis colonia lege Semproniam eſt assignata, sed quod antea limitibus centuriatis fuerat aſſignata, poſtea deficiens veteranis iuxta fidem poſſessionis eſt re-cenſita, numeris viciālibus termini ſunt confiſciuti. Lilius libro 34. Nostum in eo anno à Ferentinalibus tentati, ut Latini, qui in coloniam Romanam uonima dediſſent, ciues eſſent Romani. Sed hic de populis, non de colonia.

COLONIA LXXXVI. TAR-

QVINCI.

Tarquinij colonia lege Semproniam eſt aſſignata, cuius agri mensura in triangulo varijs locis eſt contecta. Ita Frontinus de colonia. Hanc coloniam Cicero pro Cæcina municipium appellat.

COLONIA LXXXVII. EPO-

REDIA.

Paterculus libro primo, Narbo Martius in Gallia, M. Porcio, & Q. Martio coſſ. anno urbis DCXXXV I. deducta colonia eſt. Post tres & viginti annos in Bacenniū ſoredia. Marcio VI. Valerio, Flacco coſſ. anno urbis DC LIII. Neg. facile memoria man- dauerim, que niſi militaris colonia poſt hoc tempore ducenda fit. Lilius libro tertio cap. 17. in regione II. Ti anſſadana Angeſſa prætoria iuxta geminas Alpium ſane Graias & Peninas. His penes Graias Herculem tranſiſſe memorant. Oppidum ſoredia Sibyllinis libris à populo Romano condiuifsum. Epoedictus Galli bonorum equorum domitorum vocant.

E COLONIA

COLONIA LXXXVIII. ALBA
POMPEIA.

ANNO ab urbe condita DCLXIII. L. Iulio Cesare, P. Rutilio coſſ. qui primus belli Martis fuit, quin lege Iulia Latinis, Tuſciis, et Vmbriis primū anno ipſo, deinde anno ſequenti, Cn. Pompeio, Stra- bone & Lucio Porcio Catone coſſ. Galloſi, ad amis ciuitas data fu- iſſer. Tranſpadani indignati eorum rationem in iure ciuitatis Roma- ne habitam non ſuſſe, ruituari caperunt. Quibus ruituibus fe- dandis a ſenatu cura data eſt Pompeio conſuli. Is Galloſi quidem Ci- padanis ciuitate donata, ut Tranſpadani quietaret, eos iure Latij honorauit, aliquotque tam citra quā in ultra Padum colonias dedu- xit. Citra Padum quidem colonias Romanas, ultra verò Latinas eas fecit. In his que cī Padum fuerunt, Alba Pompeia, vt opinor, colonia fuit ab ipſo vocata, vt Lau Pompeia ultra Padum. Neque enim vllus preter ea Pompeius in his regionibus quid geſſiſſe legitur. An colonias verò cī Padum deduxerit, ut veriſimile, ita obſcurum eſt.

COLONIA LXXXIX. AV-
GVSTA VERONA.

Paedianus in Pisoniana ita scribit, ubi de Placentia loquitur: Neque illud dici potest ſic eam coloniam eſſe dedatam, quemadmodum poſt plures atates, C. Pompeius Strabo, pater Cn. Pompeij Magni Tranſpadanis colonias deduxerat. Pompeius enim non nouis colonis eas conſtituit, ſed veteribus incolis manentibus in dedit La- tij, vt poſſent habere ius, quod eare Latine colonie, id eſt, vt geren- di magiſtratus gratia ciuitatem Romanam adiſceretur. Porrò duo genera eorum coloniarum, que a populo Romano deducta ſunt, fue- runt, ut aliae ciuium Romanorum, aliae Latinorum eſſent. Ex hiſ Pe- dianis verbis illud quod dixi, colligimus, deducta aliquot colonijs, ipſum Tranſpadanis in Latij ciuitatē Romana proximum dediſſe, poſtquam ciuitas reliquias Italicas populis (quos enumerauit) data eſſet a superioribus conſulibus Iulio, & Rutilio. Porrò autē inter Tranſ- padanis Latinas colonias a Pompeio deductas fuſſe opinor (nullus enim de hiſ aperte, quod ſciam, ſcriptor tradit) Veronam & Ateſte Venetorum, Brixiam & Comum Canomanorum, Laudem Pompeij Inſubrum. Nam Veneri quanquam eos nunquam legamus a Roni- niis victos vel ſubactos aut triumphatos ex quo enim in amicitiam & ſedis Romanorum bello Gallico cipalino aurobre Strabone vene- runt, diu in populi Romani uniuicilia libere egere poſtea tamen in co- ſueruidinem parendi Romanis clementer prouocantibus, & ipſi ve- nerunt, omnibus preſertim circum finitimi nationibus & gentibus, vt Inſubribus, Canomanis, Carinis, lapidibus, Iſtris, & Bois multis pralijs bello ſuperatris, ac in diſtione populi Romani rediſis. De hiſ colonijs Tranſpadanis meminit Tranquillus in Cesare, ubi eas colo- nias Latinas vocat, ſic decadens ergo ante tempore colonias Latinas de petenda ciuitate agitantes adiſit, & ad audendum aliquid conci- taſet, niſi conſultes conſcriptas in Ciliciam legiones paulisper ob id iſipsum retrauiffent. Veronam vero vnam ex hiſ colonijs Latinis Tranſ- padanis à Pompeio Strabone deductis fuſſe refert incertus autor in Panegyrico ad Conſtantinum Imperatorem, ſic pugnacij ſimo preſe- cto, vt quam coloniam Cn. Pompeius aliquando deduxerat, Pompeia nus euetereret, & miſerabilem Veronensem calamitatem, &c. Tacitus libro decimonono. Quoſitum inde que ſedes bello legeretur. Vero na potior viſa patentibus circum campis ad pugnam equeſtre, qua preualebant, ſimil coloniam copijs validam auferre Vitellio in rem ſanctam videbatur.

COLONIA XC. A TESTE
VENETORVM.

Hec proculdubio una ex Tranſpadanis colonijs fuit à Cn. Pompeio cum Verona & reliquis deducta, de qua ſcribit Plinius lib. 3. cap. 19. In mediterraneo regionis 10. colonia Cremona, Brixia, Ca- nomanorum agro, Venetorum autem Ateſte.

COLONIA XCI. BRIXIA
CAENOMANORVM.

Hec & ipſa ab eodem Cn. Pompeio Strabone Latina colonia de- ducta eſt, arg. poſtea cum reliquis colonijs Tranſpadanis à C. Cesare dictatore ciuitate donata. De ciuiis magiſtraribz Queſtore, Aediſis, 4. viris iuri dicundo, 4. viris quinquennalibus, 6. viris auguſta

libus multa mentio eſt in antiquis urbis Epigraphatibus, haud mu- id tempore a: tē effoſis.

COLONIA XCII. COMVM, ALIAS
NOVO COMVM.

Strabo libro quinto Comum mediocriſ colonia erat, ſed Pompe- ius Strabo Magni pater colonos reſtituit, eam Rheti vagauerat. C. Scipio tria milia hominum addidit. Cesar quinque milia, ex qui bus quingenti Graeci ciuitate donati. Hi nouum Comum vocauere. Appianus libro ſecondo bellorum ciuitium. Cesar Nouum Comum condidit in Alpibus, qui illuc magiſtratum geſiſſent, ciues Romanos eſſe voluit.

COLONIA XCIII. LAVS
POMPEIA.

Huius colonie, quanquam nullus, quod ſciam, yetuſus author mentionem faciat, proculdubio tamen à Cn. Strabone Latina colonia & ipſa Tranſpadanum deducta eſt, à quo & cognomen accepit.

COLONIA XCIV. ARRETIVM.

Hec colonia ante Ciceronis tempora, & fortè à Sylla militaris deducta fuit, de qua idem Cicero pro L. Murena ſic ſcribit: Ca- tilinam confluente colonorum Arretinorum, & Feſulanorum exercitu alacrem incedere. L. Florus lib. 77. L. Sulla ciuitatis ſtatuum ordi- nauit, exinde colonias deducta. Frontinus Arretium muro duxta co- lonia lege 3. virali. Iter populo non debetur, ager eius limitibus eſt ad- signatus. Et alibi, Colonia Arretina, lega Auguſta ceftral limitibus Gracchanis, qui recturas maritimis & montanas ſpectabant, poſtea per cardines decimano, & duodecimano eſt aſignata, & numerus centuriarum manet, &c.

COLONIA XC V. FESVLAE.

EThac exiftimo à L. Sulla dictatore colonia deducta eſt, de qua Cicero pro Murena meminit. Quandoquidem ex Luiuo Floruſ cum in confiſatu colonias deductiſſe ſcribit.

COLONIA XC VI. BO-
VILLA.

Bouilla lege Sullana eſt circundata. Iter populo non debetur, a- grum eius ex occupatione milites veterani tenuerūt in ſortem, Frontinus. Hanc Cicero Philippica ſeconda appellat municipium.

COLONIA XC VII. SVESSVLA.

Oppidum muro duxtum, lege Sullana eſt deducta. Iter populo non debetur, ager eius veteranis militibus Sullanis in iugribus eſt aſignatus. Front. Hac vetus prefectoria & municipium fine ſuſſra- giūtare fuit.

COLONIA XC VIII. POMPEIA.

DE hac colonia Cicero pro Sulla ſic mentionem facit: Diſunxit Pompeianos a colonijs, vt hoc diſiſio ac diſenſione ſacta oppi- dum in ſua poſtſlate eſſet, & Pompeianos haberer, quam ab hoc illa colonia deducta eſt, & quam commoda coloniū à fortunis Pompeianorum P. R. fortuna diuiferit, ita caruſ vtrijq. eſt. Has autem quin que colonias à Sylla deductas fuſſe opinor, quid eſt multas colonias militares ſecifere credatur, atque he ante Ciceronis extemiam co- lonia facta fuerint. Florus libro 77. Sylla conſul colonias deduxit, & libro 89. Sylla Nolam in Samnio recepit 47. legiones in agros ca- ptos deduxit, & eo iſ diuifit. Multizq. municipijs, vt tradit Cicero pro Cœcina, ciuitatem admir.

COLONIA XC IX. CAPVA
IVLIA FELIX.

PATERCVLVS Cesar in confiſatu (iſ eum geſit anno urbis DCXCV. cum M. Bibulo) legem tulit ut ager Campanus plebi diuide-

COLONIA FORVM IVLII.

Hec ut cœlissimo à Cesare etiā deducta fuit, quod nomen ipsum declarat. De qua Ptolemaus lib.3, cap.1. sic meminit Carnorum mediterraneæ colonia Forum Iulij. &c.

COLONIA IVLIA HISPELLA.

Hanc quoq; à Cesare deductam nomen ipsum indicat. Hec etiā municipium dicitur.

COLONIA POLA ALIAS PIETAS IVLIA.

Et hanc ex nomine à Cesare deductam opinor, de qua scribit Plinius libro tertio, cap.19. In decima regione oppida Istricium Romanorum Aegida, Parentum colonia Pola, que nunc Pietas Iulia quondam a Colchis condita, abebat à Tergeste centum milia passuum, mox oppidum Nescium. Hec autem sunt omnes coloniae militares, quas à Cesare dictatore deductas, vel inuenierim, vel conjectura consequi potuerim.

COLONIA AQVINUM.

Nunc eas colonias adiiciam, quas à triumviris R.P.C.Lepido Antonio Cesare deductas fuisse inuenierim. Quarum prima ordinata alphabetico est Aquinum, de qua ita scribit Frontinus: Aquinum muro ducta colonia, i.e. triumviraliter deducta, iter populo debetur, p.XXX. Ager eius perennies militibus est assignatus. Plinius lib.3, cap.5. Regio ea à Tyberi prima Italia seruat ex descriptione Augusti. Intus colonia Capua à Capi dicta Aquinum.

COLONIA BOVIANVM
VETVS.

EThac à Cesare, vt puto iam dictatore deducta est (nullus enim deinceps ita in ea digerendis temporis ordo accuratus seruari poterit) de qua sic scribit Frontinus: Bovianum oppidum lege Italia milites deduxerunt sine colonis. Iter populo amplius non debetur, quā p.10. Ager eius per Centurias & scannas est assignatus, Plinius libro tertio, capite duodecimo in regione 4. Italia Samnitium, quos Sabellus & Graci Samnitias dixerunt, colonia Bovianum vetus, & alterum cognomine Undecumanorum.

COLONIA VEII.

Veij colonia priusquam oppugnaretur. Ager eius militibus est assignatus ex lege Italia. Postea deficientibus his ad urbaniam ciuitatem ad sociandos censuerat Diuus Augustus, nam varijs temporibus & à diuis imperatoribus agri sunt assignati. Frontinus in libro de colonijs.

COLONIA AVFIDENA.

Avfidena muro ducta colonia, iter populo debetur, p.10. milites eam lege Italia sine colonis deduxerunt.

COLONIA CASILINVM.

Ciceron Philippica secunda in Marcum Antonium. Deduxisti coloniam Casilinum, quod Casar ante deduxerat omni auspicio rum iure turbato, Casilinum coloniam deduxisti, quo erat paucis annis ante deducta, vt vexillum videres, & aratum circumduces, cuius quidem nomine portam Capua penè perfrinxisti, vt florentes colonia territorium minueretur. Hec autore Festo vetus prefatura fuit.

COLONIA CALATIA.

Thac C. Cesare deducta fuit, vt ex his Vellej verbis intelligatur lib.2.vbi de Augusto loquitur sic: Primumq; à Calatia, mox Casilino veteranos exciuit paternos, quorum exemplum sequitur alij breui in formam iufi cotere exercitus.

COLONIA LANVVIVM.

Lanuum colonia ex municipio vetere facta est, à C. Cesare dictatore, vt tradit Frontinus, sic Lanuum verò muro ductum colonia deducta à Diuno Iulio. Ager eius in limitibus Augusteis pro parte est assignatus militibus veteranis, & pro parte virginum Vestallum lege Augustana fuit assignatus. Sed postea Imperat. Hadrianus colonis suis agrum assignari iufit.

COLONIA IVNONIA FALISCA
ETRUSCORVM.

Frontinus, colonia Iunonia que appellatur Falisca, à Triumviro est assignata; & modus ingerationis est datus, in qualibet intercessu sunt, directi lege Agraria. Plinius lib.3, cap.5. in regione 7. Tuscia intus colonia Falisca Argis orta, vt auctor est Cato, que cognominatur Etruscorum, lucis Feronia, &c.

COLONIA FLORENTIA.

Frontinus Florentia colonia deducta à Triumviro adsignata legge Italia Centurijs. Casariana iugera, CC. per cardines & Decumanos. Huius colonie meminit Tacitus.

COLONIA FAEDATVRA.

Colonia Fedatura ea lege qua ager Florentinus in Centuriatis singulis iugera, CC. termini lapidei, alijs sextales, alijs molares. Frontinus.

COLONIA FORMIAE.

Frontinus: Formias oppidum, Triumviro sine colonijs deduxerunt. Iter populo non debetur. Ager eius in absolute resedit, pro parte in lacunis est assignatus. Finxit terminis siliceis & Tiberinum. Hec ante vetus municipium & prefectura fuit.

COLONIA TELESTIA.

Telestia muro ducta colonia à Triumviro deducta. Iter populo debetur, p. triginta. Ager eius militibus Augusteis in nominibus est assignatus, Frontinus.

COLONIA TVDER FIDA.

Tuder Fida colonia ea lege, qua & ager Florentinus in Centuriatis singulis iugera, CC. termini lapidei, alias faxei, alias molares. Frontinus.

COLONIA VENAFRVM.

Frontinus Venafrum (inquit) oppidum Triumviro deduxerunt sine colonijs. Iter populo debetur p.20. Ager eius in lacunis limitibus

tibus intercessiis est adsignatus, sed summa montium iure templi ab Augusto sunt concessi. Plinius libro tertio, capite 5. In regione prima Italie intus colonia Capua, Aquinum, Sessa, Venafri, Sora, &c. Venafri vero una ex his antiquis praefecturis a Feffo sive refertur, in quas praefectos quotannis prator mittere solebat.

COLONIA VOLATERRAE.

Volaterra colonia lege 3. virali est adsignata. In Centuriis singulis iugera ducenta decimaria a cardinibus est adsignata, quam omnes veterani in portionibus diuisam pro parte habuerunt. Frontinus.

COLONIA VLBRA.

Vulbra oppidum à 3. viris erat deductum, postea a Druso Cesare extructum, ager eius in omnibus est adsignatus. Iter populo non debetur. Frontinus.

COLONIA REGIVM.

Nunc colonias quas Caesar Augustus deduxit, exponam. quarum forte prima fuit Regium, de qua Strabo lib. 5. sic scribit: Caesar Augustus fugato ex Sicilia Sex Pompeio, quem desertam urbem Regium reperisset, permulcos ex classe eius ibidem fecit colonos.

COLONIA ACERRAE.

Acerra muro ducta colonia, Diuus Augustus deduci iussit. Iter populo debetur P. 90. Ager eius in iugibus est adsignatus. Frontinus. Hac colonia vetus municipium & prefectura fuit.

COLONIA ALATRVM.

Alatrum muro ducta colonia Augustus deduxit. Iter populo non debetur. Ager eius per centurias et strigas est adsignatus. Frontinus.

COLONIA ATELLA.

Frontinus Atella muro ducta, colonia deducta ab Augusto. Iter populo debetur P. 120. Ager eius in iugibus est adsignatus. Atellanus cum ante municipium, tum prefectura fuit.

COLONIA AVGVSTA TAVRINORVM.

Hanc cum Augusta pratoria, Salassorum ab Augusto Cesare deductam existimo, quando tpsè auctore Strabone, egregia cõtra Salassos victoria potius eorum propè nomen delenerit, de quibus sic libro tertio, capite decimo septimo scribit Plinius. in Transpadana regione 11. colonia ab Alpium radicibus Augustae Taurinorum antiqua Ligurianum stirpe inde navigabili Pado, dende Salassorum Augustapatoria iuxtageminis Alpium fauces Graias, atque Poeninas.

COLONIA AVGVSTA PRAETORIA SALASSORVM.

Dehac præter Linium meminit Ptolemaeus libro tertio, capite primo sic: Salassorum qui sub Insulib[us] sunt ciuitates Augustapatoria colonia.

COLONIA BOVIANVM VN DECVMANORVM.

Hec undecimam legionem post bella ciuilia ab Augusto deductam coloniam sive innuere videtur Plinius lib. 3. cap. 3.

COLONIA COPIAE, ALIAS THYRI.

Strabo lib. 6. Thurios Tarentini eversere, Romani colono paucos deduxere, copiasq[ue] coloniam appellauerunt. Hanc ab Augusto deductam opinor post bellum Siculum.

COLONIA CORTONA.

Dionysius qui ab Augusto vixit, Crotone colonia Romanorum Cortona nuper appellata est. Hac in Tuscia erat.

COLONIA CVMAE.

Cvm a muro ducta colonia, ab Augusto deducta. Iter populo debetur pedes 80. Ager eius in iugib[us], veteranis pro merito est adsignatus iussu Claudij Caesaris. Frontinus. Vetus aliquando municipium, aliquando prefectura hac colonia fuit, Feffo & Liuius auctori bus.

COLONIA FANVM FORTVNÆ

ALIAS IVLIA FANESTRIS.

Hanc ab Augusto deductam nomen declarat, quando in Tranquillo auctore duodecimtiga colonias deduxerit. Plinius libro tertio, cap. 13.

In regione 6. colonia Fanum Fortune Pisaurum. Pomponius Mela libro secundo, capite 2. A Pado ad Anconam transfluit Rauennam, Ariminum, Pisaurum, Fanestris colonia, flumen Metaurus atque Athess.

COLONIA NVCERIA.

Nuceria Constantina muro ducta colonia. Deducta iussu Imperatoris Augusti, iter populo debetur P. 60. Ager eius limitibus Iulianis lege Augustana militibus est adsignatus & alibi in absoluto rededit. Linius libro 27. Nucerinos querentes, ubi habitarent. Nuceria delecta, Atellam, quia id maluerant, Atellanis Calatiam migrare iussi transducti M. Marcello, & M. Lauino coiff. Ptolemaeus lib. 3. cap. 1. Vmbrorum qui sunt supra Tuscos Nuceria colonia, postea Picentiorum Nuceria colonia.

COLONIA ORIENTIVM.

Orientium colonia lege Augusti censita est limitibus Gracchani, qui recturas maritimis ei montanae spectat, postea per cardines decumanos & duodecumanos adsignata est. Frontinus.

COLONIA PRIVERNV M.

Priuenium oppidum muro ductum, coloniam militibus deduxit Imperator Cesare sine colonis. Iter populo debetur P. 30. Ager eius pro parte cultus iugib[us] est adsignatus. Caterum in Lacineis vel in absoluto remansit. Frontinus. Priuenium vetus municipium & prefectura ante fuit, auctore Feffo.

COLONIA RAVENNA.

Strabo lib. 5. Ariminum Vmbrorum colonia, ut Rauenna, sed utraque Romanos habet inquilinos. Hec ab Augusto instituta est, quia classem in eius portu instruxit, que Hadriatico sinu tuendo excubaret.

COLONIA TERGESTE.

Hec ab Augusto deducta est, de qua Plinius lib. 5. ca. 18. In 10. regione Italiae. Tergestinus sinus colonia Tergeste 33. mille passuum ab Aquileia. Ptolemaeus lib. 3. cap. 1. Istria post flexum Hadriatici intimus sinus Tergeste colonia.

COLONIA THEANVM, SIDICINVM.

Frontinus: Theanum, quod & Sidicinum colonia deducta a Cesare Augusto. Iter populo debetur P. 85. Ager eius limitibus metricis omnibus est adsignatus. Plinius lib. 3. cap. 5. In regione prima Italie colonia Capua, Aquinum, Sessa, Venafri, Sora, Theanum, Sidicinum, & Nola. Haec autem sunt coloniae, quas pro Constanti Augusto Cesarem deduxisse inueniuntur. Sequuntur haec 3. praeterea coloniae a Nerone Claudio fratre & Druso Cesare filio Tiberio Imp. factae, de quibus scribit Frontinus.

COLONIA ATINA.

Atinam muro ducta colonia, deduxit Nero Claudius. Iter populo non debetur. Ager eius pro parte in Lacineis est adsignatus. Frontinus.

COLONIA ANAGNIA.

Hec ex municipio a Druso Cesare deducta colonia est, de qua ita scribit Frontinus: Anagnia muro ducta colonia Druso Caesaris populus dederat. Iter populo non debetur. Ager eius per strigas est adsignatus. Hec colonia municipium vetus & prefectura ante fuerat.

COLONIA

COLONIA CALAGNA.

Calagna muro ducta colonia iussu Drusii Cæsaris populus deducit, iter populo non debetur. Ager eius veteranis est a signatus, *Front. de Colonij.*

COLONIAE INCERTO TEMPORE DEDUCTÆ. COLONIA ABELLA.

ABella municipium colonia, vel famili. imp. Cæsaris Vespasiani iussu accepitur. Postea in Laciniis ager eius in iugibibus militi est a signatus, iter populo debetur.

COLONIA AESIS.

HVius colonie, non nisi in veruſta epigrammatibus mentionem extare didici.

COLONIA ANCON, ALIAS ANCONA.

Plinius lib. 3. cap. 19. Quartaregione Piceni Numana à Sicilia condita, ab eisdem colonia Ancon apposita promontorio Cumero, in ipso fidentis se ore cubito.

COLONIA APPLESIVM.

Huius colonie tanum vetus lapis meminit.

COLONIA ASCVLVM.

Plinius lib. 13. cap. 13. In quinta regione Piceni Cupra oppidum, castellum Firmamorum, & supra id colonia Asculum Piceni nobilissima. Asculum Cicero pro Sulla municipium vocat.

COLONIA ASTA.

Tolemaeus lib. 3. cap. 1. In Liguria, Asta colonia.

COLONIA BRIXILLVM.

Plinius lib. 13. cap. 15. In octava regione colonia Bononia, Brixillum, Murina. De hoc oppido plura scribit Tacitus lib. 17. 19. clade Othoni insigne.

COLONIA CAEDITIA.

Vetus epigramma tantum hanc coloniam commemorat.

COLONIA CAPIS.

Capis colonia, pro aſſimo vberatis, & natura locorum sunt agri adsignati. Nam termini in varijs locis sunt positi, *Frontinus.*

COLONIA CONCORDIA.

Plinius lib. 3. cap. 19. In decima regione Venetia colonia Concordia, *Tolemaeus, lib. 3. cap. 1. Carnorum mediterranea colonia, Forum Iulij, Concordia, Aquileia.*

COLONIA GABII.

LApi vetus extat Zagaroli, quod oppidum olim Gabios suiffe creditur. Hanc Cicero in Philip. 2. municipium vocat.

COLONIA ISTONIVM.

Et huius colonie mentio est in veruſta quadam inscriptione.

COLONIA LAVROLAVINIVM.

LAurolauinium lege et consecratione veteri manet. Ager eius ab Imp. Vespasiano, Traiano & Hadriano, in Laciniis est a signatus. Iter populo non debetur. *Frontinus de Colonij.*

COLONIA LVCVS FERONAE.

Plinius lib. 3. ca. 5. in regione septima: intus colonia Falisa Heraforum, Lucas Feronia, Rusellana, Senensis, Surrina.

COLONIA LVPIA.

Vetus inscriptio.

COLONIA NEAPOLIS.

Veruſta epigramma.

COLONIA PAMPIA.

Vetus inscriptio.

COLONIA PRAENESTE.

AGellius lib. 16. cap. 19. D. Hadrianus in oratione quam de Italia censibus, unde ipse ortus fuīt, in senatu habuit. Praenestinos refert maximopere Tib. imp. petifice, orasseq., ut ex colonia in milii-cipij flatum redigeretur, idq. illi Tyberium pro referenda gratia tri-buſe, quod in eorum finibus sub ipso oppido ex capitali morbo reua-luſſer. Festus Praeneste municipium sui iuris vocat.

COLONIA REGIVM LEPIDI.

Ptolemaeus libro tertio capite primo, In Gallia togata Regium Lepidi colonia.

COLONIA RVSSELLANA.

Plinius lib. 3. cap. 5. huius coloniae in Tuscia mentionem fecit.

COLONIA SAEPINVM.

Sapepinum oppidum muro ductum colonia ab imperatore Nerone Claudio est deducta. Iter populo debetur, p. 50. ager eius in Augus-tus centurijs est a signatus, *Frontinus.*

COLONIA SALPIS.

HVius colonie meminit *Frontinus in lib. de Colonij. Salpi mto dux colonia, &c.*

COLONIA SENIA.

Plinius lib. 3. cap. 5. In regione 7. Erruria colonia, Falisa, Lucas Feronia, Rusellana, Senensis, Surrina.

COLONIA SENVISA.

Antiqua inscriptio.

COLONIA TOLLENTINVM.

Tollentini vetus inscriptio alhuc extat. Tollentinatum in Pice no meminit Plinius libro tertio.

COLONIA VERVLAE.

Verula oppidum muro ductum, ager eius limitibus Graecianis in nominibus est a signatus, ab Imp. Nerua colonia est redditus, *Frontinus in libro de Colonij.* Atq. hac sunt omnium coloniarum ci-vium Romanorum, Latinarum, & militarium nomina, quas à Romulo vñq. ad imperij excidium deductas suisse intra Italianam apud veteres autores vel in scriptis inuenierim. Quarum pars maior ordine temporum seruato, digesta est. Has vero posteriores, quarum tem-pora inuenire non potui, vna ordine alphabetico subiunxi.

L. Minutius prefectus apona crearent] Extraordinari-um suisse hunc magistratum annos Omphrion in Commentarijs annoꝝ suis de ciuitate Romana. Sapient enim, vt queq. negotia occurrebat, que extraordinariam curationem requirere videbantur, ita alij atque alij magistratus creabantur. Hunc tandem ordinarium Augu-stum facieſe tradit Tranquillus, qui eum curatorem, frumenti populo diuidendi vocat.

Lanato erat cognomen] A cana lanagine crescente. Vnde et Lanatus, iam Capitolinus Lanatus est dictus. Sic quoq. Columella de crifti-ca vasis amineas lanatas, et nascente lanagine vocat.

Seruiliū Halam] Sic a fudo oris halitu cognominatum, vt Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 9. scribit.

Bilibix faris] De lectione huius loci vide notata per Glareanū & Signum. Non male verò legi posse videtur bilibix a nōferidi caſu, sicut & sibila legitur apud Celum lib. 4. annotante id Budae libro quinto de aſſe. Ceterū & id hoc loco sciendum, veteres frumentum non solum metiri, sed & appendere solitos. Hinc illud Horatianum:

Caiſatis vna.

Farris libra foret, tenui ſic tamq. pufillo. Vide Terneb. lib. aduers. 2. cap. 13.

Æquimelum est appellatum] Plerunque enim Romani eo- publicarunt, adesq. solo equarunt mutatis locorum non unibus. Si- cum Marcellus quidam nequam & criminofus, propter latrocinia & forde vita capitali supplicio peccas dedijer, bonis supplicatis, ex ipſius domo macellum adificarunt. Meminimus præterea Verusq. Vaccaj, cuius in Palatio domus, ob regnum affectatum publicata &

E 2 evrfa,

cucurso, cui Vaccum prata nomen dederunt. Vide Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 13. *Fuit autem Aequumellum inter Velabrum & Capitolium ad tabernas lanceas, ut est apud Valerium Max. lib. 6. ca. 3. Alex. ab Alex. vbi sapit Varronem lib. 4. de lingua Latina. Nota vero hic exemplum libidinis imperandi, puerarumq; maledicti affectati regni.*

Fidenæ.

Legatio fa-
ctioñaria.

Cestius qui?

Spolia op-
rea.Cuniculum
agere.Avaricii fe-
ri quid sit:Orbem vol-
nere.In orbem
pugnari.Tristis no-
ta.

Fidenæ colonyæ [Fidenæ rurbs vel oppidum portus, in qua talia regione, inter Anicem & Tiberim quadrangita stadijs ab yrbe distans, teste Dionysio, cuius meminit Strabo lib. 5. Plinius lib. 3. ca. 5. & 12. V. P. lateranum lib. 6. ca. 1. Geogr.]

Cedrurus ius gentium [Legationem quippe, perinde ut rem sacrum veteres habuerunt, cui Deum Mercurium (quem Deorum nuncius sicut vestigia) prefiebant. Ideoq; si qui legati populi Romani, qui iure gentium sancti sunt, a quois populo aut natione violati forent, hi dederentur, qui contra ius gentium temere violassent, per Feciales cauebantur. Quia de re lege Alexandrum ab Alex. libro 5. cap. 3. Hinc & Cæsarem recentis contrarius gentium legatis, non virtute, sed dolo, de Germanis victoriām consecutam, M. Cato, cūm pro ea victoria supplicatio decerneretur, hostibus dedundum censuit, ut procurari persidiam expiareret: prout author est Plutarchus in vita Cæsaris.

A. Cornelius Cossus] Festus eos qui rugosi sunt, & aspera facies, Cossos vocari scribit, a similitudine verum, qui ligno nutratur, & apud Phryges Pontijs accolas (teste Plinio, lib. 17. cap. 24.) pro delicatestis cibis sumuntur, & hinc quoque Cossifera Cæsaris vxor dicta est, cuius Tranquillus in Cæsare meminit. Ceterum de militari fortitudine Cossi, præter Liuum Plutarchus in Romulo, Plinius lib. 16. cap. 5. Val. Max. lib. 3. ca. 2. Sabellius lib. 5. Ennead. 3.

Secunda spolia] Ter enim tantum spolia optima Ioui delata legimus, primum à Romulo rurbs parente, cūm Acronem vicit. Deinde post Romulum 313 anno à Cocco, victo Larte. Vlturno à Marco Marcello, qui Gallorum ducem fudit, teste Plutarcho in Romulo, & Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 14.

Templum Feretrij Iouis] quod sicut in vertice montis Capitoli, à Romulo post bellum Ceninensem extrectum. Quia de re supra lib. 1. diximus.

Agere cuniculum] Clam subtilis terram fodere, canisq; fodiendo tollere: hinc cuniculus bellare dicitur, qui non aperta vi, sed disimiliter ac dolorem gerit. Cœrā, qui palam agit, quod agit, machinæ agere dicitur. Hinc Martialis:

Gaudet in effossis habuisse cuniculus antris,
Oscilat tacitus hostibus ille via.

At Voltumnae] Hanc Hetruscorum Deam fuisse, ex hoc Liujo loco apparet. Videadū tamen an potius Vertuna legendum sit, ut Verturus. Prout annotauit Geraldus historia Doorman syntagm. 1.

Duplicatoq; censu æxarium fecerunt] A. conius in divinationem Ciceronis, noris censoris loquens, ita inquit: Regendis moribus ciuitatis censors quinto quoq; anno creari solet. Hi prorsus ciues sic notabit, ut qui senator esset, senatu ejusceretur, qui eques Romanus equum publicum perderet, qui plebeius in Curitum tabulas referretur, & eorū fieret aerarium vero fieri erat, nullum aliud inscituratis in Curitum, atq; adeo in tributariorum, quam vi pro capite suotributum nomine era penderet, ita, ut qui eorū factus esset, is non solum suffragio urbano, sed etiam stipendijs militariis baliatus esset. Quod vero eorū à militariis stipendijs essent repulsi, ex Linij loco, qui si in principio septimi, vbi de Arrelianis scribit, cognoscitur. Et hinc patet Varronem recte dixisse, censorem esse, ad cuius censu- nomen, hoc est, arbitrium conferetur populus. Et Festo censors dictos, quod tantum suam quique estimare solitus sit, quantum illi censerint, cum sepius censum multiplicarent, ut hic videre licet, illa tamen equitate admisit, ut relectetur is, qui in tabulis publicis, delato modo ex certis casis sibi non posset, prout Vlpianus de censibus eam censendrationem fuisse demonstrat.

Nc qui alium vestimentum] Huius legi vim authoritatemq; nullam fuisse, innumeradae cädidatæ exempla docent, que videre est apud Manutium in libro de legibus Romanis.

Orbem volentes] Id est, in orbem consenserent, ut Cesar lib. 5. de bello Gallico loquitur, (inquiens) iusserunt pronunciari, ut impedita relinquerent, atque in orbem consenserent, id est, in orbem pugnare. In orbem vero pugnari solet, cūn vndiq; metus est, aut cūn pauci à pluribus se circumveniunt vident, ut militum terga ructa sint. Alibi Liuus id vocat in orbem se tutari. Hoc eodem libro Graci ovesq; qd hoc dicunt.

Postumius nulla tristis nota] Tristem notam dixit, quod nulli crudelitatis infamia aspersus sit, ut notat Erasmus in proverbio:

Creti notare, & rursus in proverbio: Tristis litera. Vbi docet ex Asconio, D. fuisse literam damnationis, T. absolutionis, N. L. ampliationis.

Legem de mulierum astimatione] Tres leges de mulierum Multatitiae initialata fuisse inueniuntur. Ex quibus primi talit Sp. Tarpeius Capitolinus, & A. Aterinus Fontinalis cass. Vnde etiæ ipsa lex tam Tarpeia, quæ Aterina dicitur. Quare antem lata sit, ostendit Gellius libro ii. capite 1. Alteram autem legem Festus latam scribit, de modo mulierum à T. Menenio Lanato, & P. Sextio Capitolino cass. bienio postquam Aterina lata est. Tertia est ea, cuius hic Liuus meminit. Vtrum autem hi confuses astimationem ex lege Aterina confitunt mutuerint, aut ipse Liuus circa hec tempora defribenda negligenter à multis accusatus, quod Aterina & Tarpeio tribundum erat, his attribuerit, Zasius in suo legum antiquarum catalogo affirmare nequit.

Magna conatis magna præmia] Nam bonos virtutē & ar- Premiis vir-
tus excita-
tes alit. Vnde redit Aristoteles, virtutem, honorem esse præmium virtutis. Et Solon Salaminius interrogatus, quid magis ad reip. salutem pro- deset? Respondit, si boni præmij inuitantur, mali autem penitè cor- centur. Cicero ad Brutum, & Antisthenes interrogatus, que res por- renderet ciuitatibus exitium? Quoniam in his inquit, nullum esse potest bonorum ac malorum discrimen. Sentiens eam rem, non posse confi- stere, ybi nec bonus esset virtutis, nec pena scelerosis. Et hoc est, quod apud Homerum stomachatur Achilles: νομον μητρα. Et Lyander interroganti Persæ, quam rem maximè probaret, Eam, inquit, in qua fortibus viris ac meticulois, congrua virtus redduntur. Sentiens virutem inuitari præmij, ignarus excitari gignitur. Theophrastus quoq; interrogatus, quidnam rem publicam confirmaret, respondit, Bene- sentia, Præmii, & Penia. Vide & alia in hac sententiam notata ab Erasmo in Chiliad. Artes bonis alt.

Fortem ac strenuum aliquem existere ex plebe] Vide qua plurima in hac sententiam apud Iuuenalem, ybi inquit:

Veniet de plebe togata.

Qui iuriis nodos & legum enigmata soluat. Vbi nihil aliud in terra Salgia offendit, quam etiam ex infinita plebe quoniam plurimos virute præclaros prodijie. Verum hec frigida nostra tempore nostris Cy clopibus, atq; Harpyis occiduntur.

Capuam ab campestri agto] Varie de constructione Capue sententia afferuntur. Seruia à Tusci, qui omnè ferè Italiam subinguerunt condita scribit, cūm hunc Vergilius in lib. 8. versum explicat:

Et Capys hinc nomen Campana ducitur urbi. Suetonius in dictatore Capys conditoris sepulchrū Capue fuisse indicat, in quo à colonis dedicatis, tabula reperta sicut, que Cesari mortem denuncia rit. Ad quod C. Lucanus lib. 2. accedit. Plinius lib. 3. ca. 5. Capuam ab undecimo campo dictam, inquit, quod quoniam ibi intelligendum sit, Hermolaus Barbarus annotauit. Strabo autem lib. 5. quod duodecim yrbium caput esset dictum putauit. Quicquid rei sit, constat præter umbram viris huius hodie nihil extare.

Præter duos urbanoꝝ quæstores] De origine quætorum mi- rē inter se variantes, ut late ostendit Onuphius in Commen- tarj. lib. 1. Faborum. Primum vero deligebantur à consilibus, ut scribit Cornelius Tacit. lib. 1. 2. Mansit autem (inquietus) consilibus potestas deligendi quæstores, donec cum quoq; honorē mandaret populus, creati, primum Valerius Potitus, & Mam. Aemilius 13. anno post exactos reges, ut rem militarem comitarentur. Plutarchus vero in vita Popli cole & Zonaras scribunt eam pecunie tractationem alijs mandasse, ne consulpm per eam potestas augeretur, tum primum quæstoribus designatis. Nam publice pecunie propositi, eorū curam halebant, à querendo dicti, ut tradit Varro lib. 4. de lingua Latina.

Ampliatam] Ampliati sunt, quorum damnatio differtur, aut qui quæ coram sibiendi refes sunt, & cum illis testes committendi, aut quia noncum planè liquerit, aut de criminis, aut de pane modo. Non liquere de causa dicabant, quando probationes & argumenta non sa- ti erant idonea ad dijudicandam causam. Quid vero Comperendi- natio ab ampliatione differat, tradit Torneb. libro 1. Aduer. fariorum dinatio. cap. 3. ostendens comperendiationem lege Seruilia in iudicium re- petundarum introductam, ut etiam prima actione iudicij Equeret eum dammandum esse, tamen ei condemnare non licet. Lex enim Seruilia induxit comperendiationem, ne primo iudicaretur, id est, ut bis causa dicatur, ac comperendatio altera, id est, secunda est actio. Et hanc explicationem attigit Asconius, cum script: Compe- rendatio vtriusq; partis recitatio est, id est, ut Tornebus interpre- tur, cūm iterum à præcone citetur, ut adjinet, qui priore actione ci- tati fuerant.

Necari

Defungi mōrbo. Necari sub crate] De hac loquendi forma vide supra.
Defuncta ciuitate] Id est, cum ciuitas à morbis liberata esset,
Budeus in prioribus annorat.
Non plus singulis senatoribus] Vetere siquidem insituto,
publici populi Romani nuncum cum mandatis ad exteris nationes ex
solo ordine senatorio mittebatur. De ultimiis reipub. temporibus, vix
vila veterum authoritas extat. Nam Liuius in lib. 31. consuli à pa-
tribus commissum esse scribit, ut quem videretur, ex iis qui extra se-
natum essent, legatum mitteret ad bellum regi indicendum. Atq.
eriam imperatores nonnunquam sibi legasse in equestri ordine ad-
buc constitutos certum est.
Sacramen- Nemo inuitus sacramento diceret] Dicere sacramento, vt
to dicere. Budeus in prioribus annotationib. tradit, sermo est antiquorum, et
hoc in loco dicere, pro destinare & dicari accipi potest. Hoc enim et-
iam dicere significat refe Nonio.
Militare fit Stipendium miles de publico acciperet] Reclit inquit mil-
yendum. les, neq. enim eodem anno equites, quo pedes stipendium acce-
perunt, sed hi Anxure capto, illi bello Viente, vt Liuius postea tradit:
Stipendium vero militare quantum fuerit, haud proclue dictu est.
Polybius enim diurnum peditis que fum obolos duos statuit. Centu-
rionis duplex. Equitis drachmam, quo eadem ferè est apud Gracos,
ac denarius apud Romanos. Postremorum autem temporum confus-

tudine diurnum peditis Romani stipendium suffic denarium, ex Th-
citi libro primo apparet, vbi Percennius miles conqueritur denis
in diem aſſibus animam & corpus effimari, hinc roſsem, armis, ten-
toria, hinc sauitam centurionum, & vocaciones munera redimi.
Denarius autem decem aſſibus effimatus est, atq. semper in milita- Denarij a-
ris stipendio pro decem aſſibus datus, quamvis bello Punico secundo
placuisse, ut sexdecim aſſibus permittaretur, vt tradit Plinius lib.
33. cap. 3.

Aes graue plauſtris] Aes graue inquit Feſtus, dictum à ponde. Aes graue.
re, quia deni aſſes singuli pondi libra, efficiebant denarium ab hoc
ipſo numero dictum. Porro verò ex his Liuii verbū apparet, cur aera Aera mere-
merere milites dicantur, curq. ararium dictū sit, ab aere ſilicet graue.
ui, nondum argenteo nummo percuſſo. Inde inſp̄a lib. 6. hoc locutio:
Rom. creditori palam ſoluit, libraq. et aere liberaſū emittit, de Man-
lio loquens, vt id Budeus lib. 5. de aſſe annotauit. Fuit autem hic or-
do rei nummariae, vt primū Romani aera graue, id est, nummo rudi
et informi ſi ſint, poſtea aera ſignato, quod fuit ſub ſexto demum re-
ge. Deinde argento ſignato anno verbi CCCCCLXXXV. refit Plin. Argentum
lib. 33. hic verbi: Argentum ſignatum eſt anno verbi quingentesimo quando ſi-
gnum. octogefimo quinto. Q. Fabio conſule, quinq. annis ante primū bel-
lum Punicum, & placuit denarius pro x. libris, quinarius vero quin-
que, ſeſtertius pro diſpondo.

IN LIBRVM V. ANNOTATIONES, EX VARIIS DOCTORVM MONVMENTIS EXCERPTAE.

Donum inimicorum veneno illitum] Al-
ludere videtur ad vetus proverbiū, Hostium mu-
nera, non munera. De quo vide Eratnam in codem.
Sub pellibus durare] Id è dicitur, quoniam
milium centuria pellibus obtigerentur. Vnde &
sub pellibus eſſe dicebantur, Liuius lib. 37. Aut ſub pellibus milites ha-
bendoſ ſore. Huic ſpectat Celsus de ſuppelleciliis legata, loquens. La-
beo (inquit) originem ſuiffe ſuppelleciliis putat, quod olim iſ qui in
legione proficiſcerentur, locari ſolarentur, que ſub pellibus vſi forerat.
Celsus lib. 27. cap. 14. lec. antiq.
Hosti-mentum. Nec opera ſine emolumento] Conuenit hac ſententia cum
proverbiali illa: Hostiumentum eſt, opera pro pecunia. Que admet-
nibil gratuitum eſſe debet, ſed officium beneficio penſandum. Hosti-
mentum autem, auctore Feſto Pompeio, beneficij penſatio eſt a pri-
mo verbo hoſtire, & rediſtire, quod eſt paria referre.
Aues æſti-
na. Sicut æſtias aues] Aeſtia aues Liuii ſunt, quas videmus a-
ſtate, hyeme non videmus, cum vel lateant, vel autumno hinc auolent
in diuersis plagiis, Tornab. lib. 24. aduerſ. cap. 38.
Fustuarium quid] Fustuarium mereret] Fustuarium quidam fufigationem in-
terpretantur, vt anno at Celsus lib. 10. cap. 5. lec. antiq. Polybius au-
thor eſt in lib. de trib. polit. Duo in primis ſuppliciorum genera ſuiffe
in militie diſciplina, decimationem, id eſt, de exercitu & fustuarium.
Modestinus quoq. iure conſultus inter penas militares fufſum caſti-
gationem recenſet.
Vineæ non tantum iam iniunctæ] Vineæ machine milita-
res, que cuiusmodi ſint, & quomodo paretur, docet Flanii Vegetius
lib. 4. cap. 15. de re militari.
Quibus censuſ equeſter erat] Fuit autem equeſtris censuſ
ſenatoriorum minor, nimurū ſeſtertium quadringentorum milium.
Quadrincenta vero milia equites eſſe censos, ante initium belli ci-
uiliſ. Suetonius de Caſare ad Rubiconem exercitum loquente teſtis
eſt. Idem quoq. Anguſto imperante ſeruatum Horatius in prima epi-
ſola indicat, cum eucinat:
Si quadrincentis ſex, ſeptem milia deſunt
Plebs.
Seniores etiam coacti noſmina dare] In legione namq. non
niſi ingenui, & ex ingenuis niſi iuniores, & ex iunioribus, niſi qui in
quing. clasib. conſeruentur, & ludicra artis expertes eſſent, ordine
centuriabantur. Vnde ſerui Liberti, pueri ſeniores, capite censi &
biftriones ad arma non vocabantur, niſi in dubijs reipub. rebus ne-
ceſſitate cogente. Sic bello Hetrusco, & Samnitico libertinos lib. 10.
Bello Punico ſecundo ſeruos centuriatos Liuius lib. 27. ſcribit.
Libri Sibyl- lii. Libri Sibyllini] Quos Tarquinio regi oblatos, Romani ſumma
religione, ac obſeruantia colebant, & ab alijs, quam diu muri pri-
mum, deinde x. viri, poſtrem x. viri, aſſici aut legi nefas eſat, vt
Laſtantius tradit. Imò nihil Romani neq. ſanctum, neq. ſacrum ita
enſtodiabant, quemadmodum hec Sibyllina diuinitas (vt exiſta-

bant) miſſa oracula, & cum dii immortales de rebus aduerſis con-
ſalendi eſſent, remediumq. aliquod malo querendum. Qui de cenu-
ri hos libros quaſi oracula preſentaneauntq. remedium adire ſole-
bant. Ceterum uero Tarquinius qui eos emiſit, vt eos in manib. habuit, Duumiri
ſtatim duos viros ex illiſtrioribus patriciis creauit, quibus horum lib. faciū
brorum cuſtodiā tradidit, appellatiq. ſaint Duumiri ſacri faciū
dis. Quorum nomen erat, hos ſacros libros cuſtodiare, quoties opus eſ-
ſet, adire, legere, interpretari, & quauebantur, vt perſiſtentur,
curare. Apollinis ſacrarumq. ceremoniarum antiſtitites eſſe, & quo-
ties famē, peſtilentia, bella ciuiliſ, & externa urbe vexare conti-
giſſet, vel prodigia aliqua natiuita eſſe apparuiſſe, corum omnium
malorū ex oraculo Sibyllini remedia inuenire, lecſternijs ad Deo-
rum puluaria ſaciū. Dehinc iram placare, proſpera omnia precari,
aduerſa vt tollerentur rogare, & poſtrem Deos omnes iratos ſacri-
ficijs ſaciū mitigate. Plura de hiſ libris vide in libro Onuphrij. de lu-
dis ſecularibus, non contemnda de Sibyllis et Sibyllinis carminibus
ex Varrone, Dionyſio, Solino, Plinio, Gellio, Laſtantio & Suidā ex-
ponentis.
Lectiſternio tunc primum factō] Lectiſterniū ritus ſup- Lectiſterniū
plicandi Dijs Roma frequentiſsimus, cum videlicet ſtrati in temulo
lectiſternio, numinib. propria rebus gerendis expofcere, vel auerrun-
cande peſtilentia open querere. Lectiſternia, inquit Serdius in
XII. Aeneidos, dicuntur, ybi in templo homines federe conſueuerunt.
Legimus lectiſternium in Capitoliō ſic celebriſſimū, ſtrati tri-
bus lectiſterni, coniuaū Dei apponebatur, Iouī, Iunoni, & Minerua.
Iouī ſimulachrum in lectulo reponebatur. Iuno vero & Minerua in
ſellis, ſic appoſitus epulū non Dei, ſed VII. ipſi epulones celebabant.
Vide de hiſ Gyraldum hiſtoria Deorum ſynag. 17.
Hetruscis artiſpices non erant] Hetruscis à Harufiſces, a-
vitim in ara apſiendi diliſiunt. Enim eſt harufex, qui poſt-
quam hostia immolata eſt, in ſpelliſtis extriſ ſuſtrupredicit, qui & ex-
trifex dicitur. Ceterum Hetruscorum peritiam in artiſpicina pra-
pue celebre exiſſe, in diſcio ſi, quod Cicero libr. 1. de diuinatione
ſcribit: Heſtruria autem de celo tacta ſcīt ſi mē animaduertit, ca-
dāmq. interpretatur, quid quibusq. offendatur monſtris atq. portē-
tū. Quocirca bene apud maiores noſtrōs, Senatus tunc cum florebant
imperium decreuit, vt de principum filiis, ſex ſinguli Hetruriae po-
puli in diſciplinam traderentur. Valerius ramen ait, decem principi-
um filios dari jūto. Hetruriae populi, ad percipliendū ſacrorum
diſciplinam. Sunt autem duodecim Hetruscorum populi, quorum
principes Lucumones vocabant olim.
Per quos ea procurarent] Sic Cicerō lib. 2. de legibus: Qui- Procuratio
bus Diuīs creuerint, procuranto, iſdemq. fulgura atq. obſtrita pian-
to. Eſt autem procuratio, ſacrificium, quod fit ad depulſionē & ex-
piationem monſtrorum & portatorum, & ea gratia rem diuinant
ſaccre, eſt monſtra procurare. Annotante Tornebo in loco Ciceronis
allegato.

- Sorites qd²** Sortesq; oraculi] Duo enim genera oraculorum fuisse ex libro dediuinatione cognoscimus, unum quod à furētibus profundebatur, ut à Pythia pate numine Apollinis correpta, alterum quod aquatis & paribus fortibus à stellā vel verna ducebatur. Habeantur enim sortes certis quibusdam sententijs, obscuris tamen notatae, quarum quadam felicitatem, quedam calamitatem denunciabant, aut alia eiusdem generis. De qua re vide Tornebum lib. aduers. s. cap. 21.
- Futhicum
Oraculum.**
- Latina fe-
ria quatuor**
- Latini.**
- Tuno regi-
na.**
- Profecta
quida**
- Sub corona
venire.**
- Pilati fer-
ri.**
- Felix arbor
infelix ar-
bor.**
- Sortes qd²** Sortesq; oraculi] Duo enim genera oraculorum fuisse ex libro dediuinatione cognoscimus, unum quod à furētibus profundebatur, ut à Pythia pate numine Apollinis correpta, alterum quod aquatis & paribus fortibus à stellā vel verna ducebatur. Habeantur enim sortes certis quibusdam sententijs, obscuris tamen notatae, quarum quadam felicitatem, quedam calamitatem denunciabant, aut alia eiusdem generis. De qua re vide Tornebum lib. aduers. s. cap. 21.
- Oraculi Pythici] Apollinis, sic dicti à Pythono serpente, sagittis eius confecto, cuius fabula ab Ouidio in Metamorphosi plenē scripta est.
- Latinas sacrūm: in Albano] Harum crebra apud Liuiū est mentio. Fuerunt autē instituta à Superbo rege, ea de causa, ut quemadmodum Latini rerum publicarum causā ad lucum Ferentinum conuenirent, sic sacrorum gratia in montem Albanum cogenerentur. Fuit autem locus, ut & à Dionysio prodītū est, in monte Albano, in quem populus Romanus & Latini federati conuocabantur, ut Ioui Latiali communī consensu sacrificium sacerent, cunq; eorum alijs agnos, alijs caseum, alijs lac, alijs a domo attulissent, rauco immolato, sic quisque carnis partem acciperent. Hoc solē etiam Latian appellatum, ad extremā usq; recipit tempora est conservarum. Neḡ enim antea consules exire paludari in prouincias consueverūt, quam ferias Latinas indixissent, arḡ. ijs in monte Albano cum Latianū ciuitatum magistris operam deditissent. Hinc est quod Liuiū lib. 22. scripti. Latinas ferias instauratas, quod legati ab Ardea questiū in senatu es- sent, sibi in monte Albano Latiniū, carnem, ut affoleret, datam non esse, & lib. 33. Latinas instauratas, quod Laurentiū carnis, que dari debet, data non erat. His verò ferijs unum diem dicauit Superbus, exādis autem regibus, alter additus est. Post fodus cum Latiniū & Sp. Cassio consule ictum tertius. Anno demum urbis 396. composta, que diu cunctatē turbauerat de plebeio consulatu, seditione, quartus. Id quod apud Dionysium & Plutarchum inuenitur.
- Tuo ductu] Quid sit sacrorum euacatio, & quomodo olim feris solita sit, vide Macrobiū lib. 3.
- Iuno regina] Regina Iuno à Latinis cognominata, quod soror & coniux Iouis, Deorum atq; hominum regis. De qua Plutarchum in Camillo, praefer ea, que à Lio hinc & alijs locis commemorantur, meminit huius regine. Iuniorū etiam Virgilim in illo: *As ego quo Diū incedo Regina Iouis,*
- Et furo & coniux:
- Eius hostia extra prosecutus] Extra colla solabant profecta- re, unde & profecta dicebantur, ac partem adolebant, partem con- secrabant, sacerdotibusq; dabant, partem sibi apponabant. Tranquillus in Augusto: Semicruda extra rapta foco prosecut. Est verò verbum sacrificantium. Particula enim minuta membrorum omnium profecta dicebantur in sacrificijs. Sic Lucanus:
- St̄ pectora pleno
Sep̄ dedi, laū calido profecta cerebro.
- Et Ouidius:
- Inde ubi libauit, profecta sub ethera ponit.
- Ha sacrificiorum particulae videntur etiam dici præstie à præse- cando, de quibus Arnobius lib. 7. ridens antiquorum superstitio sa- crificia. Vide Tornebum lib. 15. aduersariorum cap. 7.
Amici forte, nunc subiecti] In lib. 34. Liuile vbi circiter finem introducit loquentem Menippum regis Antiochi legatum tria foderum genera sive ostendit, eorumq; alia alijs aquiora esse: Initius autem foderis condizione sive sunt dediticj, adeo ut non in foderare, sed in ditione esse dicerentur, ex quo fluxit Latinorum illud de Campanis apud cundem: Campanorum aliam conditionem esse, qui non foderare sed per ditionem in fidem penissent: itaq; Campanos, seu velint, seu nolint, quieturos: in foderare Latin nihil esse, quo bellare, cum quibus ipsi velint, prohibeantur, & illud Samnitium de Sidicinis: Sidicinos nec in side, nec in ditione populi Roma esse, id est, nec equo foderare, ut se, nec ditione, id est, inquisitimo foderare, ut Campanos in amicitiam populi Romani esse suscepitos, & tertium illud de Apulis: ita in societatem eos esse acceptos, ut non aequo foderare, sed in ditione populi Rom. effent. Ian vero, qui dediticj dicti sunt, facile ex formula ipsa ditionis intelligi posse arbitror, cuius vestigia hac extant apud Liuum lib. i. ad memoriam omnium sempiternam impressa: Rex interrogavit, estis ne vos legati, oratoresq; missi à populo, ut vos populumq; dederetis? Itaq; idem lib. 28. morem vestustum sive an Romanis, cum quo nec foderare, nec aequis legibus iur geretur amicitia, non prius imperio in eum, tanquam pacatum, uti-

quam omnia diuina humanaq; dedisset, & obfides adepti, armaq; a-
dempta, & praefidia viribus imposita forent. Unde Campanos etiam
apud eundem se populo Rom. adesse his verbis videmus: Populū Cam-
panum, yrbeniā Capuam, agros, delubra Delim, diuinā humanaq;
omnia, in vestram patres conscripti, ditionem edimus, quicquid
deinde patiemur, deditisq; vestri passeri. Aequius autē aliquantō e-
rat illud fidelis, cui haec verba erant adducta: Maieſtatem populi Ro-
mani comiter conseruent. Quam iniquam tum conditionem fuisse
probauit Cicero, cū Balbum de ciuitate defendit: Primum, inquit,
verbigenus hoc conseruandi, quo magis in legibus quam in faderib.
vti ſolemus, imperantis eſt, non precantis: deinde, cū alterius popu-
li maieſtas conſeruari iubetur, de altero ſiletur, certè ille populus in
superiore conditione, caſaq; ponitur, cuius maieſtas faderis sanctio
ne deſendit. Quod autem in hoc genere dixit Cicero comiter, id vi-
detur dixisse Luius, ſine dolo malo, in expoundonibus condiſionibus pa-
cis Aetolis date. Sic enim ſcriptum eſt: Imperium, maieſtatemq; po-
puli Rom. gens Aerolorum conſeruato ſine dolo malo.

Extremum preceptum eſt equifimū federis, cuius formula fuit,
cū ab utrāq; parte cauebatur, & pariare ſocietas stringi, & amicitia ſtabilitabatur, quale fuit illud Annibalis cum Locrenſibus, de
quo idem ſcribit hoc modo: Locrenſibus Annibalis iuſſu pax data, vt
liberi ſuis legibus viuerent, vrbis pariter & portus in potestate Loc-
renſium eſſent, ſocietas eo iure ſtareret, vt Pænus Locrenſem, Locren-
ſis Pænum, bello ac pace iuuaveret. Quo in genere faderis fuerunt, que
populus Rom. cum Carthaginensib; antequam armis inter ſe deſerter-
rent, fecit: quorum meminiſt Polybius lib. 3 vi iniqua, que pōſt conſe-
cuta fuſt omnia. In omnibus autem faderib; facientib; aut fede-
rum legibus conſribendis, illud erat ſolenne, ac proprie translati-
cum vi legibus, libertati, agris, locis, adiſciplis publicis, priuatisq; & cate-
ris, prater hac rebus publicis, priuatisq; liberis, ſeruisq; bello amībiſ,
iuri, conſecutuī, & portorijs exigendis eius populi cauereret, quo
cum amicitia iungebatur, quod ex veterum monumentorum dilig-
enti obſeruatione colligitur.

Editum in ſaltu collem] Gauſum montem nominat Plinius

de viris illiſtrib; cap. 26, qui in Campania erat prope oppidum Bac-
chi & Vulturnum flumini, qui priſcam adhuc retinet nomen. Vide
Volateranum lib. 6. cap. 6. Geograph.

Secunda vigilia buccina] Milites quippe, cū nimis lōgum Vigiliars
eſſer, totam per noctem agere excubias, in quatuor vigilias noctem ratiō apud
diuidebant, quarum prima à nocte principio vſq; ad initium quartae
hore inqualis producebatur, ſecunda, à fine tertie hore ad medianam
noctem durabat, tertia inde ad nocte hora terminum, quarta ad au-
roram & ortum vſq; ſol. De diuinaſione autem noctis vide Alex. ab
Alex. lib. 4. cap. 20. Iachinum Ringelbergium de tempore. De caſtro-
rum autem vigilijs Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 12.

Militaria alia dona] Plin. cap. 26. Decium ab exercitu ciuica
corona de quercu, qua dabatur ei qui ciues in bello feruaffet, & obſi-
dionali, qua dabatur ei, qui obſidione ciues liberaffet, donatum ſcri-
bit. De obſidionali autem corona, quam ij, qui liberati obſidione duci
dabant, diximus ſupr.

Priuū tuniciſ] Veteres autore Gell. lib. 10. cap. 20. Priuū dixerat - Priuū quid-
runt que nos ſingula dicimus, quo verbo Lucilius primo Satyrarum
libro eſt vſus:

Abdomina thymnia venientibus priua
Dabo.

Velut in dagine diſſipatos] Indago ſerarum eſt inquisitio,
cum appofitis retibus hominibusq; omnes ſluarum exitus ac via cn-
ſtodiuntur, ne quaferi eſſugium pateat. Virg. lib. 4. Saltuſq; in da-
gine cingunt. Et Caſar lib. 8. de bello Gallico, Sylviuſ vndiq; impeditiſ-
ſimis, aut altissimo ſlumine, velut in dagine munitum, hunc inſidijs
circundiderunt.

Emeriti dicendo ſtipendia eſſe] Emeriti ſtipendijs dice-
bantur, qui legitima ſtipendia conſercent omnia, que trīginta fuſt. Emerita fi-
ſlex Tullia indicat, que iuniorum etatem anni trīginta definiuit,
quos militare coegerit. Aetatem namq; militarem à XVII. anno vſq; Aetas mili-
tis ad XLVI. eodemq; etiam iuniores, vt poſt eam ſeniores appellarentur. taris.
Qui vero emeriti ſtipendijs rurſus militare coegerantur, ij, autore Euocat
Dione lib. 4. enocati dicebantur.

IN LIBRVM OCTAVVM ANNOTATIONES.

Lua Dea.

V& matri] Ea Dea nomen à luendo expiandoq;
ſortita, videtur eſſe & praefuisse luſtrationib; & lu-
ſis, poſt cadem autem hoſtium, & bellū opus pur-
gamentis & piaculaſ eſt. Tornel. lib. 16. aduersario-
rum capit. 20. Luere autem inter catera purgare
eſt, vt idem docet libro 23, capit. 21. Gyralus hiſtoria Deorum ſin-
tag. 12. dubitat, an hoc eadem ſit cum Diana. Meminit eius et Luius
lib. 5. decad. 5.

Latiniſorum
ad lucu Fe-
rentini co-
nunis.

Legati fa-
ciliſtanti.

Aueruncu-
re vnde.

Manliana
imperia.

Pratoreſtum duos] Vetere Latinorū inſtituto ita traditum
erat, vt omnes Latinis noninis rerum communium caſta ad lucum
Ferentini, qui erat ſub monte Albano, coirent, ibi ſumma Reip.
consultarent, ac duobus pratorib; rem vniuerſam Latinorum com-
mitterent, quod prater Luium obſcenit Dionysius in Anto.

Legatus iure gentium] Legatus iure gentium ſacrosanctos
fuſe vſq; ad eō vulgatum eſt, vt & in Proverbiū exierint: Legatus
non eadū neglūtatur. De quo Erasmus ibidein.

In quiete utriq; conſulſi] Hoc ſomnium etiam habetur apud
Valerium Maximū lib. 1. cap. 7. Ceterum Valerius ſcribit vroſq;
ſomno certiores factos, ex altera acie Imperatorem, ex altera exer-
citu. Dijs in aliis matriq; Terra debet. Ut vnius autem dux copias
hoſtium aggredieretur, ſuper q; eas ſeſe ipſum deuouiffet, viſtoriam
habituari.

Aueruncanda Deum ira] Aueruncus vnuſ ex Dijs, quoſ
placari oportet, pri malā à nobis, vel frugib; natis amoēantur, au-
toře Gellio lib. 5. capit. 12. Hinc aueruncare verbum, quod idem eſt,
quod amoēre.

Manlianaq; imperia] Vide Erasmus in proverbio: Manlia-
na imperia. Ceterum & Poſthumiana imperia eadem significatio-
ne dici, obſcenit Gellius lib. 1. cap. 13. & Valerius libr. 2. cap. de diſcipli-
militari. Ex hac vero hiſtoria diſcendum: Manlium poſthabituſe pri-
uatum affectum publica uilitati, quām plus imperij maieſtatem
militareq; diſciplinan fecerit, quām paternam vel pietatem, vel
ſily in ſignum fortitudinem, de qua prater Luium Plutarch. invita
Fabij Maxi. & capite 26. Paral. Frontinus lib. 4. cap. 1. Sabellicus lib.
3. cap. 3.

Clypeis anteā Romani vſi ſunt] Hic uif Clypeum à ſcuto Clypeis &
diſtinguamus, neceſſe eſt à ſenſi aberueniſ. Sed & idem Luius lib. 1. ſcuti diſ-
prime clasj imperatū ſcribit eſſe clypeum cū galea, ocreis, lorica,
ſecunde pro clypeo ſcutum, et preter lorican eadem omnia. Vbi Dio-
nysius Halicarnassus pro clypeo dicitur ea Graci ſcribit, pro ſcuto ou-
teor. Igitur Clypeus rotundus eſt, vt Virgilio autore intelligi poterit,
qui praegrandem Cyclopis oculum comparat clypeo Argolico, oculi
autem figurarotunda eſt.

Argolici, inquit, clypei aut Phœbea lampadi inſtar. Scutum for-
ma oblonga, matuſq; clypeo. Itaq; pro clypeo ſecunda clasj datum
ſcutum eſt, quid fine lorica eſſent, vt ſcutum & clypei, & lorica loco
eſſet, & rotum corpus protegeret. Maro: Scutis protecti corpora lon-
gis. Hinc & ſuēdū Graci vocant, quid referat ſimilitudine ſorium, θυραι.
que longiores, quam latiores ſolent eſſe.

Stipendiarij facti ſunt] Stipendiarij hic in Luiis ſunt, qui ſt-
ipendia merent. Dicit enim Romanos ſcutis vſos eſſe, ex quo ſtipe-
ndia militib; conſtitutum fuit, anteā enim ſtipendio militabat.

Phalanges milites Macedonicis] Graci & Macedonibus Phalanx
phalanx erat peditū ſtabile agmen grauiſ armature, ut ferre Roma-
ni ſue legiones, Iulius tamen Caſar & Germani & Galli phalan-
ges tribuit lib. 1. Sed in his locis Tornebus lib. 9. cap. 7. Phalange faci-
re eſſe arbitratur, quod Graci dicunt euam̄l̄ev̄, cū iunctio clypeis
aut ſcutis, vel in hoſtes inuiditū, vel hoſtium imperius excipitur,
quid ſic conſervis clypeis Macedonum phalanx pugnare ſoleret. Ita
aut apud Caſarem intelligi ex eo patet, quod ita ſcribit: Reperti ſunt
complures noſtri milites, qui in phalanx inſtruiti, & ſcuta manib;
renellerent, & deſupervulneraret. Eſt igitur ibi Phalanx σωματι-
pōs. Ac Philippus rex Macedonia ſecutus heroicum illum bellū Troia-
ni cuneum, de quo Poeta ſcribit ἀστις δέ αὐτὸν ἐπειδή. Phalangen
compoſuit Macedonicam imbonum velut perpetuo textu cōſertari,
Tornebus loco pre allegato, vide eundem lib. 6. cap. 21.

Gefaq;] Gelaſ Gallorum propriè tela, ſicut Sarissa Macedonum:
Germanorū ſtrigae. Sed & fortes viros dici à Galli Gefos, à Seruio
annotatum eſt. Gefat etiam ab eisdem appellari mercenarios mil-
ites Plutarch. autor eſt, vt annotat Cœlius lib. 21. cap. 18. leſt. antiq.

Mani-

Antepilani. Manipulorum agmen antepilanos vocabant] Sic vocabant hastatos, & principes in legione, quod essent ante triarios, qui pilani vocabantur, ut & M. Varro de lingua Latina docet. Sic enim scribit: Hastati dicti, qui primum hastis pugnabant, pilani, qui pilis, principes qui à principio gladiis, & post commutata re militari, minus illusores sumuntur. Pilani triarij quoq. dicti, quod in acie tertio ordine extremitis sub sidio deponebantur. Ovidius 3. Faforum:

Hastatos instituitq. decem.
Et totidem princeps, totidem Pilanus habebat
Corpora, legitimo quiq. mercbat equo.

Quindecim ordines locabantur] Aut pro quindecim scribendum nouem, aut in vexillo numero error sit necesse est. Nam cùm in vexillo dicat esse centum octoginta sex homines, bi tres efficiunt ordines sexageniam hominum cum suis centurionibus. Nam in ordine duo erant: Sic tria vexilla efficiunt nouem ordines, nō quindecim, ex quibz acies postrema confabunt, qua ordinem unum ex illis effici dicunt, cuius pars vna primum pilum dicebatur, id est, vexillum triariorum. Proinde Tornebus pre allegato cap. 27. lib. II. Aduersoriorum legendum suscipitur. Nouem ordines locabantur, ex quibus ordo unus, qui tres partes habebat, eam vnam, quam primum pilum vocabant, tribus ex vexillis confabat. Nam nisi ita legatur, vix est ut ordinum numerus cum vexillis conuenire posse videatur.

Triarij qu* Ad triarios redijisse] Vide etiam Vegetum libro secundo de re militari, vbi declarat, post omnes acies soleri collocari Triarios omnium armorum genere instructos, qui genu posito subsidebant, ut si primam aciem vinci contigisset, ab yis integrato prælio victoria prepararetur.

Principes. Principes cum principibus] Hi principes in secunda acie erant & robur exercitus existimabantur. Inde illud Terentianum, Inde ego post principia omnibus signum dabo.

Familialis pars. Caput iecinoris à familiare parte] Hic & caput, & pars familiaris verba sunt aruspicina, que quidem ars, cùm ob vanitatem & superflitionem meritò defusa sit, & improbata, nobis obscura sunt & ignota. Sed conjecture licet caput fibularum in ecore initium fuisse, cumq. iecur in duas partes diuidarent, familiarem & hostilem, & è familiari sua evanta augurarentur, ex hostili hostium facta, du capita erant, vnum hostile, alterum familiare. De familiari hic Linius loquitur, ut annotauit Tornebus libro undecimo Aduersoriorum cap. 27.

Nouenfiles diui. Diui Nouenfiles] Nouenfiles Dei à Sabinis Romanam deducuntur existimantur, atq. jjs à Tatio rego edes dicatae, quibus indigitamenta hac acribit Varro, Herculem, Vestam, Salutem, Fortunam, Fortem Fidem: Non desunt qui Nouenfiles hos Deos appellatos putent, quod nouissime in Deorum numerum recepti sunt, quasi nouissime, id est, mper, salientes, hoc est, in Deorum numerū ascendentis. Prout annotauit Gyrillus Syntagm. Deorum.

Agedum pontifex publicus] Vota enim nisi arbitratu & ceremonijs quibusdam pontificum fuerint, irrita videbantur. Verum que vota olim solennia fuerint apud Romanos, & qua apud exteriores quinque vota concipere soliti sint, lege Alex. ab Alex. libro tertio, capite 22.

Deuotionis forma, Cinctus Gabinius. Manibus Telluriq; deuoueo] Deuotionis exercituum formam vide apud Macrobius lib. 3. Saturnal. cap. 8.

In cinctu Gabino] Ante quoq. cinctus Gabini mentio facta est. Meminir vero eius & Virgil. dum canit:
Ipse Quirinali trabea, cinctuq. Gabino
Insignis, reserat frumenta limina consul.

Vbi Seruinus, quis si fuerit, exponit. Vt tebatur autem eo magistratus, & pontifices, cum bello causa operabantur sacris, se deuouebant pro exercitu, portas Ioui aperiebant, aut ambulibus faciebant, denique cùm rei facta operam dabant belli causa, ut annotauit Tornebus lib. 22. Aduersoriorum cap. 19.

Cunei quis. Perrupere cuneos] Nomen Cunei significat formam instruendae actiū à notissimo in findendis lignis instrumento sumptam. Vide Vegetum lib. 3. cap. 19. Sic Caesar lib. 6. de bello Gallico. Alij cuneos facto, ut celeriter perrumpant, censem.

Decii patris deuotio. In feynum vertit] De Deci facto, quo insignem suam in partiam pietatem declaravit, præter Linium Florus lib. I. cap. 14. Plinius lib. 22. cap. 5. Plutarchus cap. 37. Paral. Valerius Maximus lib. I. cap. 7. & lib. 5. cap. 6. Augustinus libro 3. cap. 18. Sabellitus libro 4. Encad. 4. & lib. 4. cap. 1. Erthnic. exempl. Volateranus lib. 15. cap. 1. Virgil. comment. Meminerunt etiam Virgil. 6. Aeneid. & Claudianus de quarto consulari Honori. Meminit & Iuxenulus, cùm inquit, Plebeia Deciorum anima, plebeia fuerunt nomina, &c.

Communem verè Maitem] Incepit ac varium bellī eue*Mars bonis* tum notabant hoc dicto, prout notat Freſinus in proverb. Mars communis. Frequens autē Lutio est hac dicendi forma, quemadmodum & equo Marte discessum, quoties neutri parti ceſit victoria.

Firmisimum longè imperium] Qui etenim metu impe*Imperia* rium retinere student, in multitudinem atq. odium hominam incurvant. *que diutiu na,* Nam verum est illud à Cicero relatum libro 1. de officijs. Oderint dum metuant. Quis enim (inquit idem in Lelio) eum diligit, quem metuat, aut eum, a quo se metui pure. Et hoc pertinet dictum Acmyly Probi in vita Dionis: Nullum esse imperium tutum, nisi benevolentia munum. Id quod licer sapientes verum esse patant, fuere nihilominus nostra atque non inodicti homines (inter quos Nicolaus Machianellus) qui cum de regni bellicis q. rebus ex professo differebant, regna aut metu securitatem, eis comitate & benevolentia fulcienda retinendaq. esse contendenter. In quorum sententiam experientia suadeente multos descendere animaduertimus.

Lanuinis ciuitas data, sacraq; reddita] Hoc loco quia quæ plurima municipia à Lutio recitantur, non alienum erit, scribam eorum scribere. Nam qui municipes fuerint, & quæ inter ipsos atque colonos differentia fuerit, antea annotauimus: paulo post etiam de generibus Municipiorum dicturi.

M V N I C I P I V M C A E R E.

Caeretes primos municipes, & eos sine suffragijs iura fuisse, ex Afconio, & Gellio confitat. Hoc municipium inter eas praefecturas referunt Festus in quas prator urbanus praefectos creare solebat. Hinc municipio ante legem Iulianam ciuitatem cum suffragio datani fuisse Festus aperte innuere videtur, quem illud eo iure quo Aricini fuerunt, donatum scribat, & Aricinos ex Lutio ciues Romanos fuisse conset cum suffragijs latione.

M V N I C I P I V M T U S C U L V M.

Primum omnium municipium cum suffragijs latione fuit Tusculum, cui quā (vt inquit Sex. Pomp.) primo sine suffragio ciuitas data esset, post aliquot annos pleno iure ciues Romanos Tusculanii facti sunt. Eius rei ita invenit lib. 6. Linius. Tantum ferè verborum à Tusculanis in senatu factum. Pacem in presentia, nec ita multò post ciuitatem impetraverunt. Ab Tusculo legiones deducta. Hoc autem factum est anno vrbi 373. Ciuitatem vero Romanam, (vt opinor) sive suffragijs iure eos adeptos fuisse quadriennio post, referunt idem Linius. Incensos Latinos ea rabies impetravit Tusculum tulit, ob iram quod deferto communi confilio Latinorum non in societatem modo Romanam, sed etiam in ciuitatem se difflent. Hoc factum est anno vrbi 377. Tusculanos vero suffragijs ius hanc longè post primum consilium è plebe creatum, ex his Imp. Claudijs verbis apud Tacitum intelligo. Plebeij (inquit) magistratus post pacificos, Latini post plebeios, catararum Italie gentium post Latinos. Neg. enim aquum videbatur, plebeis Romanam magistratibus capienda exclusam, alienigenas vero admisso fuisse. Eos vero suffragijs iure a populo donatos in tribum Papiriam, vt Linii libr. octauo, vel Popilliam, vt Valerius lib. 9. cap. 10. tradidit, à censoribus relatim fuisse confitat. Adiicit lib. 8. Linius post bellum Larinum, quo Latium omne dominum est anno vrbi DCXVI. L. Furio, C. Menio Cos. Tusculanus ciuitas seruita, quam habebant, crimenq. rebellionis à publica fraude in paucos audires versum. Ex Tusculo celebres familiæ, que Rom. statuimus honoris adempte sunt prodierunt, Porci & Coruncani, vt Cicero & Tacitus tradidit, quanquam Tacitus Coruncantes non Tusculo, sed Catervi oritundis scribat. De municipio Tusculo meminuit Cicero pro Plancio.

M V N I C I P I V M L A N V V I V M.

Anno vrbi conditæ CDXVI. Furio Camillo, C. Menio, COSS. regi liquis omnibus beli Latini extinctis, Latioq. omnia ab his Cos. in deditiōnem populi Romani accepto, Camillus de Latinis populis ad senatum retailit, patresq. horatius est, vt hostes viatos more majorum pro ciuibz haberent, eosq. in ciuitatem, quo illos in perpetuum fideles haberent, recipieren. Principes senatus relationem consulis de summa revera laudare, sed quoniam aliorum alia causa esset, ita expediri posse concilium dicere, vt pro merito cuiusq. statueretur, si de singulis nominatis referrent populi. Relatum tigur de singulis decre-

d'cretum q̄d Lanuini ciuitas data, sacraq; sua redditia, cū eo ut ades lucisq; sfp̄ite Iunonis communis, Lanuini municipib; cum populo Romano esset, Sextus Pompeius, Seruius filius aiebat. Municipes initio fuisse, qui ea cōditione ciues Romani fuisse, vt semper Rempub. separatis à populo Romano haberent (id est, qui suis legibus vivarent) Cumanos videlicet, Acerinos, Atellanos, qui aquae ciues Romaniani erant, & in legione merebant. Municipium id genus hominum dicitur, qui quum Romani venissent, neq; ciues Romani essent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum, vna cum Romanis cibibus, praterquam de suffragio serendo, aut magistratu capiendo, sicut fuerunt quondam Fundani, Formitani, Cumani, Acerini, Lanuini, Tusculani, qui post aliquot annos Romanii effeci sunt. De Lanuino municipio mentionem facit Cicero pro Murena, quod postea à Cesare dictatore ex municipio colonia facta est.

MUNICIPIVM ARICIA.

*S*vaggerit Liuius lib. 8. Aricini Nomentaniq; et Pedani eodem iure, quo Lanuini in ciuitatem accepti. Et Velleius lib. 1. Deinde interpositis duobus & triginta annis, Aricini in ciuitatem recepti, Sex. Pompeius. Alio modo municipium dicitur, quum id genus hominum definitur, quorum ciuitas vniuersa in ciuitatem Romanam venerant, vt Aricini, Cereites, Anagnini. Aricia postmodum ex municipio colonia facta est, excolecentibus (vt scribit Gellius) municipiorum iuribus & priuilegijs. Eam enim Florus ex Liuio in Epitoma lib. 80. coloniam vocat. Ceterū cum tmn de municipiorū numero, quām de ijs qui cum suffragio ciuitatem adepti sunt, inter Liuium, Velleium & Fesfum controvrsia sit, ego hic Liuium sequor, qui mea sententia accusatius hancem tractauit. Ne verò Velleius & Fesfus à Liuio dissentiant, quantum à me fieri poterit opera dabo, atq; eorum repugnantiam, si qua villa sit tollere curabo. Quanquā non ignorem, Fesfus locum vbi de municipijs loquitur, corruptum esse, aliquor verba Fesfus ipsius, aliquor verò Epitomista esse, que in iuicem inserta rem valde obscuram reddunt: Ego tanen ex Fesfus non nisi municipiorum nomina excipere volui, nam triplicem quam eorum distinctionem facit, me satis non intelligere fateor. Ex Liuio enim & Gellio aperte colligitur duo potissimum generata tantum fuisse.

MUNICIPIVM NOMENTVM.

*A*ricini, inquit Liuius lib. 8. Nomentani, Pedani, eodem iure, quo Lanuini in ciuitatem accepti anno vrbi CDXVI. L. Furio, C. Menio COSS.

MUNICIPIVM PEDVM.

*P*edani cum Nomentanis & Aricinis eodem iure quo Lanuini ciues Romaniani facti. Pedum autem Latij oppidum, hāud procul à Tibare fuit. Ceterū Lanuinos, Aricinos, Nomentanos, & Pedanos municipes hoc anno cum colonis Antiatribus ciuitate à populo Romano ex S.C. donatos, censores, qui proximè creati sunt. Quintus Publius Philo & Sparius Postumius in duas nouas tribus propter eos ad duas censuerunt, Macianum & Scaptiam. Quarum Matia à castro Latij Macio dicta est, de quo sic scribit lib. 6. Liuius: Tertiam partem dictator Camillus ad vloscos duxit, nec procul à Lanuino ad Macium (in locus dicitur) castra oppugnare est adortus. Scaptia verò à Latij vrbe Scapria dicta est. De qua Plinius lib. 3. cap. 5. meminit.

MUNICIPIVM FVNDI.

*E*adem anno post bellum Latinum L. Furio & C. Menio COSS. Fundani, Formitanisq; quod per fines eorum tutu pacataq; fuisse via, ciuitas sine suffragio data, ita lib. 8. Liuius, Paterculus verò interiecto triennio, Fundani & Formitani in ciuitatem recepti, eo ipso anno quo Alexandria condita est. Addidit idem Liuius lib. 38. M. Valerio Meſala & C. Linio Salmatore COSS. anno vrbi DLXV. De Fundanis Formitanisq; municipib; & Arpinatibus C. Valerius Tappo Tribunus plebis promulgavit, vt ijs suffragij latio (nam ante sine suffragio habuerat ciuitatem) fuisse. Huic rogationi quatuor Tribuni plebis, qui non ex autoritate senatus ferretur, quem intercederent, edicti populi esse non senatus ius, suffragium quibus vellet imperiti defisterant incepto. Rogatio perlata est, Aemilia trib. Fundani & Formitani, in Cornelia Arpinates ferrent, atq; his tribubus tum primū ex Valerio plebis citro, à censoribus, qui co anno erant, T. Quintio Flaminio, & M. Claudio Marcello sensi sunt.

*I*dem ius quod municipes Fundani habuerūt, etiam ijs vicini Formitani. Longo tempore post Formiae à tribus viris ex municipio colonia facta est. Municipia Fundis & Formias inter prefecturas eas refert Fesfus, in quas prator Urbanus singulis annis prefectos ab urbem mittebat.

MUNICIPIVM CVMAE.

*L*iuius lib. 8. L. Furio, C. Menio COSS. Campanis equitibus honoris causa, quia cām Latinis rebellare voluissent, ciuitas sine suffragio data, Camanos, Sueſtilanosq; eiusdem iuriis conditionisq; cuius Capuanus esse placuit. Et lib. 23. De zo. equitib. Campanis, qui in Sicilia cum fide stipendijs emeritū Romam venerant, delatum ad populum, vt ciues Romani essent, item vii municipes Cumanis essent pridiē quām populus Campanus à populo Rom. defecissen. Idem lib. 40. Cumani patentibus permisum, vt publicè Latinè loquerentur, & praecombus Latinè vendendi ius effet. Hoc municipium à Fesfus inter ea refertur, quib; postea ciuitas cum suffragio data est. Inter eas quoque prefecturas illud enumerat, in quas prefecti à populo mittebantur, quod postea Augustus Caesar coloniam militarem fecit.

MUNICIPIVM ACERRAE.

*L*iuius lib. 8. anno vrbi CDXXXII. A. Cornelio 2. & C. Domitio COSS. Census actus nouijs, ciues censi, tribus propter eos addita. Macia & Scapria, addiderūt censores. Q. Publio, Sp. Posthumius, Romanus facti Accerrani lege ab Lucio Papirio Pratore lata, qua ciuitas sine suffragio data. Et Velleius in sequentibus consilibus à Sp. Posthumio & Philone Publico censorib; Accerrani data ciuitas. Hoc municipium à Fesfus inter ea refertur, quibus primò sine suffragio, post cū suffragij iure ciuitas data est. De quare nihil Liuine scribit. Hanc Fesfus inter eas prefecturas etiam enumerat, in quas à populo prefecti mittebantur. Quam vel ex prefectura, vel ex antiquo municipio Augustus postea coloniam deduxit.

MUNICIPIVM PRIVERNV.

*V*itius Privernatibus ex auctoritate patrum datum ad populum est, vt Privernatibus ciuitas daretur. Hoc factum est auctore Liuio lib. 8. anno vrbi CDXXV. L. Aemilio Mamercino 2. C. Plautio Deciano COSS. Hoc municipium inter eas prefecturas refert Fesfus, in quas prator Urbanus quotannis prefectos mittebat. Hoc postea colonia facta est.

MUNICIPIVM ANAGNIA.

*L*iuius lib. 9. anno vrbi conditae CDXLIII. Q. Marcio Tremulo, P. Cornelio Aruina COSS. Hernicorum tribus populis Alatrina, Verulano, Fereatinati, quia maluerunt, quām ciuitatē sue leges reddite, connubiumq; inter ipsos, quod aliquandiu soli Hernicorum habuerunt, permisum. Anagniū quāq; arma Romana intrulerant, ciuitas sine suffragij latione data, concilia, connubiaq; adempta, & magistratibus propterquam scrorum curatione interdictum. De municipio Anagnino meminit Cicero pro Domo. An verò huic municipio ciuitas cum suffragio unquam data fuerit ante legem Iuliā, incomptunt. Fesfus quum inquit, alio modo municipium definitur, id genus hominum esse, quorum ciuitas vniuersa in ciuitatem Romanam venerant, vt Aricini, Cereites, Anagnini, aperte significare videtur, Care & Anagniam suffragij ius, quemadmodum Aricinos, habuisse. Quo etiam Anagniam inter prefecturas enumerat, in quas pratoris urbani auctoritatē prefecti ibant. Frontinus verò eam à Druso Care coloniam deductam fuisse tradit.

MUNICIPIVM ARPINVM.

*L*iuius libro nono, L. Genucio Ser. Cornelio COSS. anno vrbi CDLI. Arpinatibus, Trebulanisq; ciuitas data. Ut autem sine suffragio intelligi debeat idem facit, qui libro 38. refert, Arpinatis ciuitatem cum suffragio datam fuisse. De municipio Arpinio meminit Cicero pro Plancio, & de claris oratoribus. Fesfus Arpinum inter eas prefecturas enumerat, in quas prator Urbanus singulis annis prefectos mittebat. Itemque inter ea municipia, quae sui iuris erant. Atque haec sunt omnia municipia, quibus ciuitatem cum suffragio

suffragio datum suffice apud Iulium inueni. Adicet Velleius libro primo. M. Curio & Cornelio Rufino COSS. anno urbis CDLXIII. Sabinis sine suffragio data ciuitas. Sempronio vero Sopho & Appio Caeci filio, COSS. anno urbis CD XXXCVI. suffragij scordi in Sabinis datum. Quod si hoc verum est, Sabinis primi fuerunt, quibz. integrz. provincia ciuitas data sit, quod tamen creditur difficile est, nam ijs post legem Iuliam cum Latinis, Umbribz & Gallis Cispadaniis datam suffice existimo.

MUNICIPIVM ATELLA.

Hoc municipium etiam à Fesio refertur inter ea, quibus ciuitas postea cum iure suffragio data est. Et in lib. 14. id unum ex his prefecturis scribit, in qua as prefecti populi suffragij creati mittebantur. Vtrumq; enim esse potest, ut primo municipio post bello Punico secundo cum reliquis, quas superi numerauerat, prefectura facta sit. Illud Augustus, ut pleraq; alia Coloniam deduxit.

MUNICIPIVM SVESSVLA.

Sveffulam & Trebulam, quamquam verifa municipia, post omnina tamen collocaui, quod ijs ante legem Iuliam ciuitatem cum suffragio datum fuisse non inueni, quod eo honore, illa que supra retul, affecta, vel aperte intelligatur, vel ex scriptorurn verbis elicia tur. De municipio porrò Suessula Iulius libro octauo, Bello Latino finito, Cusianos, Suessulanosq; eiusdem iuris conditionis, cuius Capuanum esse placuit. Hanc prefectoriam refert Fesius ex his, in qua populus Romanus prefectos quotannis mittebat. Quod Sylla Coloniam ut supra vidimus, militarem deduxit.

MUNICIPIVM TREBVL A.

LGenutio Ser. Cornelio Coſ. Arpinatibus Trebulanisq; ciuitas data. Ita Iulius libro decimo. Eam autem sine suffragio ijs concessam fuisse ex eo pareret, quod multo tempore post Iulius refert, Arpinates cum suffragio ciuitate adeptos fuisse, de Trebulanis autem nullam mentionem facit.

ALIA QVAE DAM MUNICIPIA.

Festus libro undecimo: Tertiū Municipium definitur, quum id genus hominum, qui ad ciuitatem Romanam ita venerunt, ut municipia essent, ut sua ciuitas ciuitatis & colonie iura essent, ut Tiburtes, Praenestini, Pisani, Arpinates, Nolani, Bononienses, Placentini, Nepusini, Surinini, Lucenenses. Ex his Tibur & Praeneste que ciuitates federatae Latinae erant, & Arpinatum municipium suis legibus relictæ sunt. Pisa, Nola, Bononia, Placentia, Nepet, Surrium, Luca colonia deductæ. Memorantur à Cicerone municipia aliquot præter ea que dixi, que haud dubio post legem Iuliam facta sunt, ut Asculum in oratione pro Sylla, Aquinum, Labici, Gabii, Bonille in secunda Philippica, Larinum in oratione pro Cluentio, Ameria pro Sex. Roscio, Tarquinii pro Cecina & quedam alia.

Tacitus libro decimo septimo municipia Transpadana, Mediolanum, Nouariam, Vercellam, & Eporediam nominat. In vetustis epigrammatibus municipiorum Italcorum, Segunini, Intercannatis, Nabartii, Casuentinorum, Vindenatum, Orciculanis, Surrentini, Rhegni, Tiburtii, Hidranitini, Sepinatis, Suessani, Fori Scaproni, Corani, Nolani, Aletrinatis, Alifani, Amerini, Blerani, Arretini, Clusini, Tifernatus, Meuanis & Meuaniole, Capenatis Vrbini, Safinatis, Casinatis, Hispelli, Foro Flaminij, Numinatis, Asfinatis & aliorum multorum frequens mentio est. Atq; haec tenuis de municipijs.

Trans Tyberim habitare Id quodammodo infame fuisse obseruantur Tornebus lib. 24. Adversariorum cap. 43. ut id ante annotationem est.

Clarigatio. Clarigatio est. Caius Rhodiginus libro lectionum antiquarum 5. capit. ii. per clarigationem talem in nummariam intelligi posse, esse qui puerum scribit. Budaeus in posterioribus annotationibus ad Pandectas, per clarigationem ad portam q; uia intelligit, que hodie vulgo dicitur pignoratio, seu barbaro vocabulo, Repressalia. Ceterum eorum errorem, qui negant clarigationem esse hominum prebhestionem, seu ius prebendenti & abducendi hominis, corrigit Tornebus

libro dodecimo Adversariorum, capite primo, ostendens in antiquo Lexico, ita clarigationem exponi, nimurum è rex patay, è rex patay, pò, è pò, è pò. Seruus libro nono & decimo, Clarigationem dictam esse existimat à clara voce, qua utubatur pater patratus, aut è rūs rūs, hoc est, à forte. Nam per bellicam fortem inuadebant a-

Ius municipiorum cu-
s suffragio.

Ciuitate sine suffragio data] Ea disjunctio ciuitum apud veteres seruari, solita est, ut alijs ciuitatem haberent sine suffragio, alijs ius suffragij vna cum ciuitate. Parum vero, vel nihil ab ijs ciuitus Romanis, qui urbem agrumue incolarent, differebat hoc ciuitum Romanorum genus, qui in municipijs, quibus cum suffragij ratione ciuitas data erat, conmorabantur. Et cum omnibus ciuitum Romanorum priuilegijs potiebantur, ita & existimo excepto, quod in curias Romanas ascripti non erant, atq; ob eam causam Curialis comitijs, in quibus tamen parum momenti erat, excludebantur. Curiae enim tantum corum qui urbem incolerent, erant. Nam qui in municipijs vel colonijs ciues Romani habitabant, sua quedam in suis urbibus sacra habebant, que municipia dicebantur, erantq; ijs perinde ac Romanis Curiae. Quod vel inde appetat, quod Milo legitur ad prodendum flamincem Lanuvium projectus fuisse, pridie quam Clodium occidit, nec erat neceſſe sua sacra eos relinquere, qui ciuitate donabantur, nis in urbem migrarent. Nam quod sub regibus migrasse Romanum repertimus, ut Sabinos, Tuscos, Latinos & Albanos, eos simul per curias Romanas ascripti fuisse, ex Dionysio aperte intelligitur. Qui vero ad urbem non migrabant, suis sacris vacare opus erat, que (ut dixi) municipia vocantur. De quibus sic scribit Festus: Municipalia sacra vocantur, que ab initio habuerunt ante ciuitatem Romanam acceptam, que obseruare eos voluerunt pontifices, & eo modo resarcere quod secesserunt antiquitatis.

Primum vero omnium qui municipi facti sunt, sine suffragio latrone fuisse. Hic illis (inquit Gellius) concessum, ut ciuitatis Romane honorem quidem caperent, sed negotijs tamq; oneribus vacarent, pro sacris bello Gallico receptis custodiuntq;. Hinc tabula Cerites appellata per se vice, in quas censores referunt inebant, quos nota causa suffragio priuabant. Idem traditum est de municipiis loquens. Sex Pentimenta scribit: Municipes erant, qui quoniam ex alijs ciuitatibus Romanam venissent (hoc est, ut ego interpretarci ciuitate donati essent) eis non licet magistratum capere, sed tantum munieris partem. At Seruus aiebat initio fuisse, quia ea conditione ciues Romanis fuisse, ut semper Rempub separatis a populo Romano haberent, qui exinde ciues Romanerant, & in legione merebant, sed dignitates non capiebant.

Municipium id genus hominum dicitur, qui quum Romanam venissent, neque ciues Romani essent, participes tamen fuerunt omnium rerum a munus fungendis, vnde cum Romanis ciuitibus, præterquam de suffragio ferendo, et magistratu capiendo. Hi omnia ciuitatis priuilegia, præter suffragij rationem, & magistratus capessendi potestantem habebant. Municipis vero cum suffragij iure, omnia priuilegia ciuitum Romanorum urbem incolentium habebant præter curias, in quas quemadmodum qui Romæ habitabant distributi non erant, ac per hoc curiatis comitijs exclusi.

De municipiis sic scribit Vlpianus lib. 1. Municipes aut nativitas facit, aut manumisio, aut adoptio, et propriè quidem municipes appellantur muneris participes receptim ciuitatem, ut muneribus facient. Ceterum omnium municipiorum cum iure suffragij, primum fuit Tusculumi.

Connubia commercia] Ins connubiorum olim ciuibis Romanis erat proprium, quia tantum ciues cum ciuib. matrimonium contrahere poterunt, ita, ut si pater aut mater peregrini essent, non legitime erant nuptij. Nec enim erat, ut nuptie tamq; effent inter ciuitates Romanas, inter quos solos connubia iure erat, sicut ex eo matrimonio nati soli incolerentur, & in potestate parentum, & hi succedunt parentibus. Commercium vero est emendi vendendiq; in iure ius, sub hoc priuilegio continentur omnia commerciorum genera, ut necessaria, stipulationes, mancipations, sacramenta, conventiones, in iure cessiones & alia, quibus perfecto iure possestio rei acquirebatur, vel quibus iure ciuitini Romanorum dominus siebat.

Rofrisq; earum] Rofra, ut existimat Eayfius de re nauali Latinis sunt, que Greci dicuntur Acrofolia. Sunt autem acrofolia extremera, nisi parees, quia facile euellentur, cum colligitum fuerat, ut Bayfius ibidem ex Diodoro alijsq; autoribus tradit.

Vtua sub terram] Vestales stupri compertas, vias a Romanis defasas historici pessimi tradiderunt. Panem tamen & lac sub terra, ne fame necari viderentur appositi se addunt. Id quod ex Graco

Gracioru fluxisse animaduertit Cantoris libro septimo, variarum lectionum cap. 6.

Familiam
in potestate
habere.

Familiam in potestate habere.] Hoc est, ne manumitteret. Cum pontifices eos ad confitendam veritatem tormentis cogi volentes, metuerent, ne Minutia seruos à quibus prodis posset, manumitteret. Ideo & Padianus in commentario orationis pro Milone, Pompeium ad Milonem significat misisse, ut quosdam seruos, quorum opera in occidente Clodius esse dicebatur, in potestate sua haberet: Milonen respondisse, ex iis seruis quas nominasset, partim neminem sevnam habuisse, partim manumisisse, ut annotat ex eo Manutius de legiis Romanis.

Opifices à
militia re-
pulsi.

Opificum quoq; vulgus] Opifices & sellularios à militia, non lege, sed consuetudine repulsi existimat Sagonius lib. 2. de antiquo iure ciuium Romanorum. Dionysius tamē lib. 2. et 6. huiusmodi arces operas, sordidas, humilesq; à ciuib; Romanis remouet, q; sicut solum agriculturam & artem militarem cōmittit. Caterūm non male eius sententiam Sagonius impugnat, quid non solum suffragy ins, sed & honores amplissimos habuisse legantur.

Caduceum.

Caduceum præferentes] Caduceum enim gestantes ab omniviolentia tuti erant. Quippe cum pacis insigne esset apud Grecos, & caduceatorum nomen in demonstret, sic enim hi vocantur, qui ad pacem mittuntur legati. Qua verò forma caduceum fuerit ex Gracie auroribus annotat Caius lib. 21. cap. 16. lectionum antiqui. Plinius lib. 29. nat. hist. & Macrob. lib. 1. Saturnal. Budeus in prioribus annotationibus ad Pandectas.

Pax ab im-
peratibus
petitur, à fe-
nau datur.

Senatus de Vitruvio Priuernatisq; confutus] Imperatores siquidem Romani hostes de pace sollicitantes ad Senatum regare solebant. Sic Agesilaus, cum in Lydia Tisaphernem vertisset in fugam, regre Persarum per legatos ingentem vim pecuniarum ultrò ad illum mittente, ac petente, ut à bello desisteret. Ei respondit, pacis quidem tempore Reipub. vigere autoritatem. Sic Erasmus. Gracè est. In pax iep̄ne ē q; r̄v̄l̄v̄l̄ v̄l̄ ūl̄. Hoc est, ciuitatem ins autoritatem, habere pacis danda, quibus verbis legatos à se Lacedemonem reiecit, idq; ab Imperatorib;. Romanis obseruatū p̄f̄m apud Iulium vide est. Sic namq; Samnitæ a Papirio dictatore pacem petentes, ad senatum ire iubentur, hoc eodem lib. & alijs sapè.

Semon
Sanguis.

Bona Semoni Sango] Semonis Sangi meminit in Mystagorum libro Varro. Auguſtinus in ciuitate diuina Semonem dici Iamnum sentit, quod semini praefit, dum concipiuntur infans. Alij autem expundit hac lectione Liuviana, subſtituunt Sabino Sangi ex Dionysio, qui antiquatum secundo Sabinorum genti indiu nomen scribit ex Sabino Sangi diu Gentilis, quem Sangum quidam Piftiū vident. Caius Rhodiginus lib. 2. lect. antiqui. cap. 3. Alexander verò legit Semoni Sango. Alij Sabino Sango, vel Sancto legunt, ut annotat Gyvaldus historia Deorgan Syntag. 1. Sunt qui Semones interpretentur quasi feri homines, que interpretatio speciosa est. Alij hos & pacelarios vocant, quorum mentio apud Plautum, de quo Gyraldus historia Deorum Syntag. 1.

Viceratio.

Viceratio data in funere matris] Viceratio erat cruda carnis distributio, qua peri solebat, vel in solenni festiuitate, vel in funeribus magnatum & potentum, in quibus carnes sue crude sue cocte, quandoq; etiam panis vinumq; domum perferentibus prebebatur. Vide ea de re Blondum lib. 2. Roma triumph. Meminit obiter Cicero lib. 2. officiorum titulo de dupli liberalitatis genere. Alexander quoq; ab Alex. lib. 5. cap. 7. & lib. 3. cap. 7.

Dictator no-
de dici soli-
tus.

Inuenire nocte silentio diceret dictatorem] Tam dictatorem, qui tenore belli audito dicebat, quād qui comitorum causa crebatur, nocti dici moris fuisse, ex illo Liuviano lib. seq. intelligitur. Nolte deinde silentio, ut mos est, L. Papyrium dictatorem dixit.

Dodonæi Louis] Sic dicit à Dodona Epipi: Pomponius Mela lib. Dodonæus 2. Plin. in prin. quarti lib. Strabo lib. 5. Stephanus in Dodona. Jupiter.

Caueret Acherusiam aquam] Oraculiverba ex Graecorum Acherusia aqua.

cōmentarijs ita redditit Victorius lib. 15. cap. 15. variarum lect.

Αταλάν τερρούλα οὐλέν ἀχερούσιαν ὑπελόπ.

Πανδοσία δὲ ὅτι τοι δέ νεκτος πεντεπέντες ἐστι.

Æs alienum paternum nexum dedisset] Budeus in annationibus prioribus nexus inffest legendū putat. Est enim iure nre xum, lege nre nexus addici. Nexus vero obligati sunt, quorum corpus vt pignus capi potest, obligationis iure atq; conditione. Vocabatur autem nexus etiā nerius. Hinc Terentius in Phormione, Caterūm cum ar-

genum repetent, nostra causa scilicet in neruum portus ibit.

Acto honore triumphus] Nam qui triumphare volebat, necesserat, ut imperium intra viros mania habere posset. Pro consules enim & propraetores intra viros mania cum imperio esse non poterant. Hinc M. Marcello ob capras Syracusas. P. Scipioni, ob recuperatas Hispanias ius triumphandi denegatum, quid ad eas res gerendas cum imperio tanquam sine ylo miseri essent magistratu, ut suo loco videbimus.

Fortes fortunam iuuare] Ad agiū est, de quo Erasmus in Chilidibus: Admonet autem fortiter periclitandam fortunam, nam ijs tunu iuuat, plerumq; res propere cedere, cui sententia accinuit & illa Homericus Odyssæs ita:

Θεοσαλίθης δέ αὖτε εἰ τερρούσιαν.

Ἐγρέσοιν τελέσθη, οὐ γάρ πόδεν ἀλογεύεται.

L. Papirium Cursum] Cursor ductus à velocitate pedū, qua victor omnium sue etatis equalium fuit, annotante Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 9. ex Liuī lib. 9.

Ad auspicium repetendum] Tanta enim apud Romanos aurgia & auspicia in autoritate fuerunt, ut nihil eorum, quæ ad publica & priuata negotia pertinerent, inauspicato perficerint. Testis Cicero de diuinatione, Alex. lib. 2. cap. 6. in fine. & lib. 5. cap. 13.

Occasione bene gerendæ rei] Occasio, ut Cicero de diuinatione, nō teneat ait, est tempus in se aliusq; rei idoneam faciendi, aut non faciendi dexteritatē habens. Hac autem semel arrepta non temere, & presertim ducibus dimittenda est. Cuius rei manifestissimum exemplum Hannibal Ponorum dux prebuit, qui ubiq; attendit, ne quam minimas occasiones sibi oblitas frustra labi possit est. De cuius in ea re solertia consule Pontanum libro quarto de prudentia cap. 7.

Se exautore] Ex autore qui soluitur stipendio, nec tam dimittuntur, sed habentur sub vexillo, non sub aquila, aut signis quidem legionis, neq; iam legionarij sunt, retinentur tamen donec emerita soluantur, aut agri assignentur. Misso verò ijs datur, qui penitus dimittuntur, Tornab. lib. 3. Adver. cap. 3.

Non noxe eximitur] Eximere noxa est gratiam criminis. Noxa eximere, hoc est, remissionē dare, ut Budeus in prioribus annotationibus interpetatur.

Ire ad senatum iussi] Pax enim, ut superius annotauimus, ab Imperatoribus petebatur, à Senatu dabatur. De quo etiam Nannius lib. 8. auq; uis. l. v.

Bellum gerendi causa] Varijs etenim de causis dictatores dictatores soliti sunt. Velsi belli externi seditionis sue domesticae vis quadam ria de causis dicti soliti sunt, que videtur maiori imperio, quād consulari in- digere, aut si adesse non possent consules, nec vellet senatus rem ad interregnum redire, aut si figendus esset clavis religionis causa, aut ludi faciendo, questiones exercende, vel feriae Latine constitueri, aut Senatus legendum. Hę itaq; precipue dictatoris crea- di causa si tere.

IN IX. LIBRVM OBSERVATIONES.



It. Veturio] Alij C. Veturium legunt. Constat tam ex Litu, & alijs, Titum Veturium eo tempore cum Poſthumio consulē fuisse, licet Val. Max. lib. 6. cap. 1. Titum Veturium eius Veturi filium fuisse dicat, quin consulatu suo Samnitib; deditus sit.

Veturio] Veturii vocat Orosius lib. 3. cap. 15. qui hanc historiam quoq; defribit, ut & Val. Max. lib. 7. cap. 2. Florus lib. 1. cap. 16. Plut. in Paral. cap. 6. August. lib. 3. cap. 17. Ciuitatis Dei. Eutrop. lib. 2. cap. 2. Sabel. lib. 5. Ennead. 4. Rapsod. Volat. lib. 28. cap. 2. vrbl. com.

Circa Caudium] Duo fuerunt salutis diti, angusti, & sylvestri, montib; perpetuis inter se inveniti, qui Furculæ Caudina nomē habue-

runt, in medio campus herbidus aquosusq; per quem medium iter erat, non tam arduus quam periculosus. Harum Furcularum menit Volat. lib. 5. cap. 6. Geograph. Sunt autem Caudina furcae appellatae, quid non longe sit ab oppido Samniū, quod Caudis dicitur.

Luceriam omnibus copijs] Apulia vrbem, et olim Aufosum Luceria. coloniam, de qua Strabo lib. 6. & Plin. lib. 3. cap. 11.

Prætoria consulum] Per prætoriorum nihil aliud intelligit nisi prætoriorum tabernaculum consulum. Antiquitatis enim omnem magistratum, cui quidem parer exercitus, prætorem appellauerūt, prout superius annotatum est, & latè ostendit Budeus in priorib; annotationibus, quas vide sub tit. de officiis prætoriorum.

Montes

Montes moliri.] Id est, demoliri, ut simplex pro composito accipiatur.

Media via.

Media via consilii caperetur?] Media via consilii capiendum, non solum politici, sed et iure consilii tradiderunt, in L. aded. de acquir. rerum dom. vbi Caius & ipse hanc distinctionem sequitur Accursius in §. quum ex aliena. in sit. de rerum diuisione. At non tam eam sententiam, que media est, sed que gravioribus & melioribus rationibus mitatur, Iuris pontifici interpretes recte scribunt in cap. i. de confit. Verum si media sententia iustior & aequior fuerit, in eam ibimus, vt Iustinianus in d. s. Quum ex aliena. Sic & apud Liuium li. 26. P. Valerij Flacci sententia contra P. Cornelij Afina, & Q. Fabij Maximi, quod media est preualuit. Sic & apud eundem li. 30. in Medeoniori consilio Clivij sententia, que media fuit, accepta est: Ut & Senatus li. 31. Consulibus dissentientibus, de tercia illius pecunie pensione, quam priuati M. Valerio, & M. Claudio Coss. in bellum Punicum mutuam dederant, quod medium inter utile & aquos erat decrevit. Qua de re non contempnenda notauit Ferrandus Abduenis in d. s. Quum ex aliena in sit. de rerum diuisione.

Mors pro patria præclaram esse.

Mortem pro patria præclaram esse] Sic Horatius lib. 3. carminum Ode 2.

Dulce & decorum est pro patria mori,

Mors & fuga cœm persequitur virum.

Sententiam verò hanc Pindarus in lph. paglo uberioris exprimit, οὐαὶ τρεψί, οὐεις ἐν τάσις νεφελή χάλαζας αἴματα. πόδες φίλας πέπτεις αἷματος, λοιρὸν ἀμαίνων εὐαντίον εργάτη δέσον γενέθη μένισκον καὶ οὐέτως ζῶν τε οὐδέν. Lucianus in Encomio patria scribit, hanc in prælatis cohortationem plurimum valere, si quis dicat bellum pro patria suscepimus, neminemque esse qui hac voce audita morte extimescat, aut periculum metuat. Efficit enim (inquit) nomen & cōmemoratio ipsa patria, ut qui alioqui est timidissimus, ignavisimus quenatur, fortissimus existat. Tyrteus autem, qui mares animos (ut ait Horatius lib. de arte poetica) versibus exacuit, hanc eandem sententiam duobus versiculis ita complexus est:

Τεθύνεαν δὲ καλόν δῆτα τερπάζοις ποσόντα,
Ανδροὶ οὐ γαθόν μετέτι παρεῖδι μαρνάμενον.

Necessitati pendendum.

Et M. Tullius offic. 1. Sed omnes omnium charitates patria vna cōplexa est, pro qua quis bonus dubiter mortem oppitere?

Pareatur pro necessitatibus.] Hec sententia Simonidi tribuitur, Avayz. καὶ δὲ θεοὶ μάρτυρει, id est, necessitatibus ne dī quidem resistunt. Sumpta autem est ex Homero vt tradit Erasmus in pro. Aduersum necessitatem ne dī quidem resistunt.

Sponsio quid.

Non credere, sed persponsonem.] Notandum hic Liuij locus quo fœdus à sponsione & pactione distinguatur. Nam non esse idem sponsionem, pactionem, & fœdus ex eo intelligi licet, quod fœdus pactione, pactione firmior arg. stabilitus fuit. Nam sponsio neque populi iussu, nec Senatus auctoritate, quod in fœdere accidebat, sed arbitrio magistratum & imperatorum fiebat, atq. deditione eorum per quos facta erat infrimabatur. Sepè tamen evenit, ut quod imperator in iussu populi, & sine auctoritate Senatus pepigerit, id fœdus vocatum illud quidem non seruat, quod spēdit præceptis quidam Cartaginem stum apud Liuij, cum ad Romanos legatos de fœdere ratione secum agentes verba ita fecerit: vos quod C. Lutetius consul primò nobiscum fœdus fecit, quia nec auctoritate patrum, nec populi iussu etiam erat, negatis vos eo reneri. Tale autem fœdus etiam Numantium, facile inde appetit, quod id C. Mancini consulis deditione dissolutum sit. Numantini autem fœdus, vt Caudinum sponsionem appellari posse, nisi Antias libro duodecimo prodidisset, calamitatis certe similitudo id nos diceret, ut enim ad Caudinum quæstores qui spōnderunt dediti sunt, scad Numantium Tiburium Gracchum Mancini quæstorem, fœderis eius autorem, dedere differunt. Pactionem præterea aliud est à fœdere demonstrat fœdere differt, ut opinor, Cicero in defensione Cacinæ, cùm inquit: Quod editum magistratus, quod fœdus aut pactione. Nam pactione nomine eti omnia qua cum hostibus pacificarentur, continebantur, quo etiam modo fœdus, pactione nominari potest, tamen hoc in loco præcipuum aliquam pacificende amicitie rationem significatam existimo, ut inducas. De inducis porro elegans illud est Varro, inducas pacem castrensem paucorum dierum, vel belli ferias esse, quas tamen descripciones Gelius lepidas magis atq. iucundas, quam plenas aut probas esse arbitratur. Probabilius enim multò illud est, inducas sic dictas, quasi inde utri iam, etenim pactum inducarum esse eiusmodi, ut in diem certum non pugneret, nihilq. incommodi detur, sed ex eo die postea triam omnia bellum agantur. Laudo inducis enim pax nō in perpetuum, ut fœdere, sed in certum temporis statum dabatur, aut dierum, aut

mensium, aut annorum. Quare sepè factum anima duertimus, ut populus Romanus hostibus fœdus peretibus, inducas dederit, hinc enim illa Liuij, à Perusia, Corrona, & Aretio, que fermè capita Etruriae populorum erant, legati pacem petentes, inducas in triginta annos impetraverunt. Item: Falisci cum in inducijs essent, fœdus à Senatu petierunt. Induciarum ergo ea ratio fuit, ut eo tempore, quo præsente erant, nihil hostile gereretur, sed summa à bello quies esset, atque aliqua etiam societas cum ijs, quibus cum pacta erant, species & imago, quas qui violeret, ius gentium violasse existimatatur, vnde illud est apud eundem: Omnes portas concionabundus ipse imperator circumjicit, & quibuscumq. irritantibus poterat, & iras militum acuebat, nunc fraudem hostium incusans, qui pace petita, inducijs datis, per ipsum inducarum tempus, contra ius gentium, ad casfra oppugnanda venissent. Itaq. eodem etiam à Cicero iure vituperare videmus in primo de officijs, cū air, existere iniurias sepè calunia quādam, & nimis callida, sed malitiosa turis interpretatione, ut ille, qui, cū zo. dierum effent cum hoste pacta, non nocti inducie, noctu populabatur agros, quod dierum effent pacta, non nocti inducie, que cū ita sint, non dubium est, quin fœdus (iam enim ad hoc oratio mea delabitur) pactio quedam sit societas, non ex Imperatoris arbitrio, sed iusu populi, aut senatus auctoritate firmata, neq; ad tempus, sed in perpetuum, neg, per sponsores, datis ob fidibus, sed per fidem publicum po. Rom. nuncium, solenni precatione adhibita, per quem populum fiat, quo minus dictis legibus sterur, ut eum Iupiter ita feriat, quem ad nodum à fidibus porcus feriantur. Quod extrellum ex formula etiam ipse fœderum feriendorum, nobis a Liuij tradita pores cognosci, lib. i. De fœdere Albano. Ad hunc autem priscum feriendi porcū ritum probat alius Virgilus, cūm dixit: Et cœsi usq; egebant fœdera porca, & Suetonius cūm scripsit Imperat. Claudium, cum regibus in foro fœdus iocif. porca casa, ac vetero fidem precatione adhibita, nam illaten post altaria fœderi fœderis ratione, ut fœdus non porcus feriretur, sed lapis abfereatur, existimat. Siquidem Polybius auctor validus bonus, cum Porcius hoc modo iustum fœdus exponit. Fidem lapidem tenens ita air, si sine dolo male ago, bonis afficiar, si sciens fallo, ceteris omnibus saluis in suis ciuitatibus, legibus, laribus, delubris, sepulchris, solus ego concidam, ut lapis ē manibus meis decidet, nec plura locutus, manus lapidem abiicit. Cuius iurisfūrū and video post etiam Plutarachum in Sylla meminisse, & eiusdem Festum etiam antiquam formulam adiunxit, cūm scriptis lapidem silicem tenuisse invaruros per Ionē, Lapis silex, hec verba dicentes: Si sciens fallo, tum me diefuerit, salua vrbe, arcē, bonis ejiciat, vt ego hunc lapidem. Arg. hoc idē effe arbitror, quod legis obtestatio à Cicero in Corneliana vocatur, cūm ait sanctiones sacrandas esse aut oblatione & consecratione legis, aut pena, cūm caput eius qui contrā facit, consecratur: Hac ita explicata sunt à Sén. gionio lib. i. de antiquo iure Italie, que quoniam non parum ad huius loci illustrationem faciunt, ea acribere libuit.

Superbiā ingenitam Campanis.] Campanorū superbiā tantam sufficit in proverbiū exierit, docet Erasmus in proverbio, Campana superba, & meminit eius aliquoties Cicero pro Rullo.

Exoluimus religione.] Religione exoluere, id est, scrupulū & anxietates animi adimere: Budens in prioribus ad Pand.

A L. Liuij, & Q. Melio tribunis.] Recit. meo iudicio. Manuscriptū de legibus Romanis annotat Tribunos quidem plebis hos duos suffici, anno quo de sponoribus pacis populo Samnitium dedendis actum est, non autem superiore quo pax per sponsionem fuerit facta. Nam vt Gellius li. 3. cap. 2. scribit. Lex vetuit Tribunos plebis iuregrum die ab yrbe abesse, & cum commemorantur hic qui spōnderunt, nulla tribunorum plebis mentio fit. Ergo quia nulli tribuni plebis memontur, eos sponsioni non intersuffise verisimile est.

Pilis emittendis.] Pilum genus hastæ Romana brevis. Itaque cum de propinquō agitur, ad pilaventum dicitur. Erasmus in proverbio, Ad pilavbi ventum.

Pullarius nunciat.] Pullarius erat, qui cauea pullorum curam agebat, & quorum pastu auguria augures captare solebant. Meminit huius aliquoties Liuij: & Cicero 2. de diuinatione. Attritū in cauea pullos, qui ex nominatur Pullarij.

Ne desperari venia.] Verus enim proverbiū est, non esse cum desperari decertandum. De quo suis locis videas: nec sunt dissona ea que tradit Erasmus in proverbiū. Phocenium desferario. Plurima in hanc sententiam commemorantur à Frontino lib. 2. Stratagem. cap. 6. Maximè verò memorabile est, quod Pyrrhus inter cetera præcepta imperatoria memoria prodidit, non esse pertinaciter in fœdandum hosti fugienti, ne non solum à se fœdium ex necessitate resisteret, sed ut postea quoq. facilius acie cederet, &c.

sub iugum m.t.u. Septem millia sub iugum missa] **Nimirum ut par parire ferret.** vt est apud Orosium & Eutropius: Quomodo vero milites sub iugum nisi sint, nullib[us] melius leges, quam hic apud Lucian & li. Decad. i. Vbi Horatius sub rigillum mittitur, hoc est, sub iugū, hac forma, ut duo rectangilli desinxerent, tertiumq[ue] superne duobus illis transversam imponeverit.

Prenestinus prator] Hic nullibi suo nomine appellatur. Omnes autem vulgo magistratus quibus pareret exercitus, praetores vocabant. De quorum electione, officio, dignitate, vide notata superius. Fuit autem Prenestine Latij vrbs, que, ut Festu ait, quod lacus in quo sita est, montibus proferet, dicta est. Servius Grammaticus &c. &c. ab ilice, que ibi abundat deditur. Solinus ca. 8. à Preneste Vlyssis nepote, & Latinus regis filio appellatum putauit, Strabo lib. 5. olim Polystephanum, id est, multarum coronarum. Plinius lib. 3. ca. 5. Stephanum olim vocatanum dicit, ob lenitatem copiam.

Lictorem expedire] Lictorum enim manus & officium erat, ex insu[m] magistratum delinquentes vincere, nudatos virgis cedere, & si crimen expoverit, securi percussere. Vide Gellium lib. 12. cap. 3. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 27.

Excidere radicem hanc] Huius radicis meminit Plinius de transversa feminaria lib. 17. cap. 11.

Metti perfusum] **Clementia exemplum.** Optandum enim est, (vt Cicero lib. 1. officiorum ait) ut hi qui presunt Reip. legum similes sint, que ad puniendum non iracundia, sed equitatem ducantur.

Alexandri vinolentia. Vini amor indies fieret acrior] In hac collatione Alexandri cum imperatoribus Romanis, nihil quod annetur necesse esse existim. Pleraque, enim hinc inde apud autores inuenientur. Ceterum quā hic vinolentia Liuis in eo vituperat, & nemo non nouit, Arrianus conatur queri. Q. Curtius approbat, ita ut ipsi Alexander adulatores videantur. De quo Celsus lib. 9. cap. 11. Et rursus de vinolentia Alexandri lib. 28. cap. 30. Atq[ue] adeo quidem vinolentia succubuisse scribitur, ut inde Alexandri poculum vīcīndae capacitas etiam proverbio vīsurpetur. Idem Celsus lib. 29. cap. 17.

Prefecture que? Capua primū prefecti creari coepit] Ut superiorius, quae municipia, et que coloniae fuerint ostendamus, sic nunc videndum erit, que prefecture fuerint: In his enim communorantes aliud ciuitati genus constituerant, deteriori quām municipia & coloniae iurentium: Exstant igitur prefecture oppida Italiae, in quibus qui habitabant, nec suis legibus vel municipis viuebant, nec ullos de suo corpore magistratus creare poterant ut coloni, sed a magistratis Roma misericordie regabantur q[ui] legibus quas Romanus magistratus dixisset, qui quoniam prefectus vocabatur, prefecture dicebantur. De his scilicet Sextus Pompeius: prefecture he appellavit in Italia, in quibus & insedebantur, & nundinae agebantur, & erat quedam eorum Res publica, neque tamquam magistratus suos habebant. In quas legibus prefecti mittebantur quotannis qui ius dicenter. Illud porro scitu dignū ex prefecturis quædam fuisse, que in ciuitatis & forensi suffragiū habebant, quædam non, quemadmodum de municipijs & colonijs dixi, Sex. Pompeius lib. 14. duas & viginti prefecturas entherat. In his decem fuisse scribit, in quas prefecti populi suffragiū creati mittebantur ut vi, Capua, Cumae, Casilinum, Vulturnum, Linternum, Puteoli, Acerre, Suesfala, Atelle & Calatia, daodecim verbo, in quas urbanus Praetor pro suo arbitrio prefectos mittebat. Haec fuerint Fundi, Formia, Care, Venafrum, Allife, Priernum, Anagnia, Fufino, Reate, Saturnia, Nursia & Arpinum. Que ferè omnes aut ex colonijs & municipijs prefectura facte sunt, aut ex praefecturis in colonijs & municipijs redacte. Ex his Capua prefectura fuit, a bello Punico secundo ad consulatum C. Cesari, a quo colonia deducta est. Cum, Acerre, Suesfala, Atella, Formiae, Priernum & Anagnia, tum municipia, tum coloniae. Fundi vero, Care, & Arpinum municipia tantum aliquando fuerunt. Casilinum, Vulturnum, Linternum, Puteoli & Saturnia coloniae. Calatia vero Venafrum, Allise, Fufino, Reate, & Nursia prefectura, dum libertas populi Romani ficeret, semper fuere. Nam quā post legem Iuliam equitas omnium suffragiū, ciuitatis Italie omni data fuisse, municipiorum, coloniarum, & prefecturarum iura oblitterata sunt, nominaq[ue] hec confundi copti, ut & colonia pro municipio et municipium pro colonia & prefectura aliquando accepta sint. Ciceron enim Placentiam in L. Pisonem, Soranum, & Casinum pro Plancio, Catennum in Bullam, Suesfalam in ep. ad Atticum, Cosam in Verrem municipia vocat, quas colonias deductas fuisse ostendit. Ad hanc prefecturam ipse, & municipia, itemq[ue] veteres colonias deductis militibus, Colonie omnes denou à Sylla primū, deinde à Cesare, Triumviris, & Augusto facta sunt, prater eas prefecturas quas ex Feflo digesti. Cora prefecture Strabo lib. 5. Claudio Plinius lib. 3. cap. 5. Atinatis Ciceron

pro Plancio Reatinæ, idem de natura decorum mentionem faciunt. Cetera vero omnia Italie oppida, que coloniae, municipia, & prefectura non erant, federate ciuitates vocabantur, ut Tibur, Prenefe, Neapo lis, & plereg, aliae, quae suis legis & magistratis viuebant, dixerunt Federatae ciuitates. s[ic] q[ui] federibus, aut p[ro]sponstone, aut passione, vario iure cum populo Romanu amicitiā contraxerunt. Alique enim erant omnino libere, aliquae vestigales, aliquae stipendiariae, aut plus vel minus grauate, ut populo Romano vīsum fuisse. Atque Italia omnis in hec genera Municipiorum, Coloniarum, & prefecturarum ante legem Iuliam & Marsicum diuīsa fuit, vnum præterea supererat ciuitum vel oppidorum genus, quorum quedam dicebantur fundi populi. Quid Fundi p[ro]p[ri]etatis puli. quidem nomen discriminis non est, quic madmodum liberorum & s[ic] puli.

p[er]petiiorum, sed hi fundi populi dicebantur auctore Cicerone, qui quorie[re] s[ic] quæ lex aliqua Roma fieret, que de iure publico non esset, sed de rebus privatis, ut de testamentis, vel de municipijs, cam suscepit sicut tanquam propriam, tuncq[ue] eius legis fundus populus dicebatur, perinde ac si diceretur, Is populus eam legem tanquam propriam suscepit. Hoc idem de municipijs dicit Gellius, prout annotat Onuphrius in libello de imperio Romano, sub titulo de prefecturis. Plura de populo fundo, vide apud Tornebum, lib. 4. cap. 12. vbi non merudit de harum vocum significacione adserit.

Neque tamen aequo fecdere, sed in ditione] **Quid sit equo fecdere, vel in ditione populi Romani esse, superius libro septimo ostensum est, vbi vide.**

Internecino bello] Internecidij significatio est, quasi hominis Internecidij quadam eneatio, vox deritata ad internecida, qui ut inquit Iphorus, nū bellum. est qui falsum testamentum fecit, & ob id hominem occidit, hinc internecinum bellum: quod ita geritur, ut omnes occidentur. De quo Torneb. lib. 11. aduersus ca.

Viam munitiū] Id est, lapidibus stravit: vt Plinius cap. 34. lo- Viam ma- quitur. Dicitur vero q[ui] hec via Appia: Et, vt Latus ait, à Constantini via incipiens, inter Tusculum & Albam ad Algidum tendit, & inde porro ad Castrinum progrebat, unde inquit Iphorus, nū bellum. via iungitur. Vide Pomponium Letum titulo 79. De antiquitatibus vrbi. Volaterranum lib. 6. cap. 8. Vrb. Comment. Alexandrum ab Alex. lib. 3. cap. 13. Hac via à Caracalla postmodum munita, noue deinceps nomen accepit.

Aquam in vrbe duxit] **Anienem nimiriū, vt Plinius cap. 34.** Aq[ua] Clau- dia. Martia. testatur, de viri illustribus. Vnde hec quoq[ue] ab auctore aqua Claudiā ad Martiā. dicitur q[ui] deinceps. Vide Marthaniū lib. 4. ca. 21. Caterium ab vrbe condita 608. cum hic fons Anto retusatus consumptus esset, datum est à Senatu negotium Marco Tito prætori, vt hunc fontem resiceret, in de ab auctore Martiā aqua postea appellata est, cuius rei quoq[ue] me- minit Plinius lib. 31. cap. 3. Frontinus de aqua dicitibus.

Solus censuram obtinuit] **Hoc est, sine collega.** Causa enim Plautius magistratus se abdicaverat. Est autem hoc notandum, apud Romanos institutione fuisse, ut altero ex censoribus morte subducto, duo de integro censores crearentur.

Herculis familiare] Herculis scilicet Victoris, cuius templum rotundum in foro Boario, tanta fuit venerationis, ut neg. mucce, ne que canes, eius recta subintrarent, lege Marthaniū, lib. 4. cap. 6. Topographie, qui eius rei rationem reddit.

Nomen Potitiorum interisse] Hercule nimiriū detrahit er- ligionis sue, & grauem & manifestam paenam exigente: Id vero quando factum fuerit, præter Linium hoc in loco, docet Valerius libro pri- mo cap. secundo.

Tribunis senideni militum] Romulus primus in exercitu tres Tribunos militum instituit, bi mille hominibus præerant, quū non nisi tria millia pedum exercitum haberet, post autē Romanū imperij opibus, Tribuni plures quam tres, & diversi generis esse caperunt. Nam cum hoc tempore nimiriū ab vrbe condita CDXLIIII. exercitus Romanus, ut scribit Polybius, ex quatuor tantum legionibus, legio non nisi IIII. milium pedum esset, post cū legiones ipsa ad sena militia hominum, subiecta fuisse, x. XLI. Tribuni à populo fieri copti, sexq[ue] in singulas legiones distributi, quod postea semper obseruatū, vt tradit Onuphrius in Eafis.

Duumuiros nauales] Hunc non fuisse ordinarium magistra- Duumuiros tum, inde colligi potest quod Linium lib. 4. & 41. cum rursus hunc ma- nauales. gistratus meminit, certa causam creationis ap[er]tus, nec simul crea- ri facit cum ordinariis magistratis, sed prout necesse est, & require- bat. Nam si ordinariis magistratus esset, non ita pro necessitate jubi- ta, sed cun reliquis magistratis cum creari oportuisset.

Tibicines quia prohibiti] **Nam Tibicines tibi as concinentes** Tibicines fa- facris populi Romani interesse solebant. Varro lib. 4. De lingua Latina tris adhibe- ti foli- & Sex.

& Sextus Pomp. de quinquatrib. Ouidius 6. Faſtorum: Valerius Ma-
ximus lib. 2. de institutis antiquis: Idem quoq. propemodum in proble-
matibus à Plutarchore refertur.

In aede vescendi ius [Epulum olim exhibebatur ciuibus, in de-
dicationibus templorum, in triumpho, in spectaculis, & funere, qua-
dere copiosissimi Blondus libro secundo Romanorum triumph. Cice-
ro lib. 3. de Oratore, Augustinus lib. 3. de civitate dei. Alex. ab Alex. lib.
6. cap. 7.]

Sylva Cy-
minia.

Siluam Ciminam] De Sylva Ciminia, vide Plinium li. 96. ubi
dicit in ea loca esse in quibus in terram depauperata extrahiri nequeant, de
cuius rei fabuloso ortu lege Seruji annotata in 7. Aeneidos: Meminit
& Frontinus cap. 2. & cap. 1. secundum.

Hetruris inde literis eruditus] Nam vetere Romanorum in
stituto, ut & superius annotatum est, sex principum filii, sex singu-
lus Hetruria populus in disciplinam tradebantur. Valerius tamen ait,
decem principum filios dari solitos Hetruria populus, ad percipiendū
sacrorum disciplinam. Ilinc Cicero lib. 2. de legibus, Hetruriaq. prin-
ceps disciplinam docet.

Telum pro
confilio.

Telum aliud occultum] Telum pro confilio, ac ratiōne & via
gerendi posuit prout superius etiam annotatum est, & Erasmus ad-
monuit in proverbio: Ingens telum necessitas.

Omen diem diffidit] Id est, in posterū diem reiecit. Ita enim
interpretatur Budaeus in prioribus ex Gellij lib. 13. cap. 1. Ex eo & hoc
Linij loco coniij, dispendere diem olim id suisse, quod nos rem in
crasifam continuatam vel remissam dicimus.

Vir virum
legit.

Cum vir virum legisset] Quid sit apud veteres autores: Vir vi-
rum legit, declarat Petrus Victorius lib. 18. cap. 19. Variarum lectio-
num, id referens ad morem veteris militie, quovadentur aliquando
in delectu habendo potestate facere miltribus, vt singuli singulos no-
tos sibi, quorumq. virtute considerent, legerent, atq. id potissimum
cum periculum aliquod in se inflare. Non distinē genus Soldiorum
suiss videtur, de quibus Cesar lib. 3. de bello Galli: q. quorum hac
fuit conditio, vt omnibus in vita commodis vna cū his fruatur, quo-
rum amicitia se dederint. Si quid ijs per vim accidat, aut eundem
casum vna ferant, aut sibi mortem consicerant. Hoc genus amicitiae
Greci ova τονοντων, id est, communient vocavunt.

Thensæ
quid.

Thenæ ducerentur] Thenæ sacræ vehicula erant, autoribus
Seruio & Feste. Tranquillius in Cesare: Ampliora etiam humano fa-
stigio sibi decerni passus est, sedem auream in curia, & pro tribunili;
Thenam & Ferculum Circensi pompa, Budaeus in prioribus ad Pandæ-
ctas.

Salentinū
bellum.

Magistrati-
bus in erdi-
ci quid.

Salentini hostes] Hoc bellum scribunt, Florus 15. abbreviat. Eu-
tropis cap. 2. secundi.

Magistratibus interdictum] Videri posset pugnare inter se,
cintrare donare, & magistratus interdicere, verum hec neutiquam in-
ter se pugnat, cum alterum ad Municipiū, alterum ad prefacturam ius
pertinet, quorum hoc inter conditiones Italacarum ciuitatum du-
risimum fuit, cum formula prefactura non longe a prouincie formula
laxideatur absuisse. Ut enim quoniam in prouinciis praetores Roma-
miti soliti sic in prefacturis praefecti, qui eas administrarent, ac ius
dicerent, cum municipia suos magistratus, decuriones, Duumviro, Quatuorviro, Censores, Aediles, & quaestores haberent. Porro quid
communia ijs adempta ait, id est resendum, quid cum omnibus scerè
Italis Romanis communia fuerint, nisi si quia fortis de can/a non nullis
id iurius ademptum esset, vt latè tradit Siganus lib. 1. ca. 9. de antiquis
iure ciuium Rom.

Praterquam facrorum curatione] Nam licet aliqui ciuitate
donare ventur, non tamen ob id sacra sua deferebant, & eadem cum Ro-
manis ciuibus obseruare cogebantur, quod Festus ostendit, cū ait: Mu-
nicipalia sacra dicta sunt ea, que ab initio habebant ante ciuitatem

Romanam acceptam, que obseruare eos voluerunt pontifices, & eo
more facere, quo fecissent antiquitus.

Triumviralibus altero nocturno] De Tri umviris nocturnis
nis Paulus I.C.L. l. ss. de off. prof. vigilum. Apud veteres (inquit)
incendis arcenda Triumviri praeerant, qui ab eo quid excubias age-
bant, etiam nocturni dicti sunt. Et Tacitus Triumviri, quod ad incen-
dium in facraria ortum tardè venerant, à Tribuno plebis die dicta
damnati sunt. Ex quibus verbis apparet eum suisse ordinariū max-
istratum, cuius effet annua potestas.

Civile ius euulgauit] Non tam ius civile à Flavio, quād for-
mulas actionum, que, telle Pomponio, magna iuris ciuilis pars erat, ba ius ciuilis
euulgauit ex Cicervi intelligi potest. Sic enim de Flavio ad Atticū
lib. 6. scribit: Quid ergo proficit, quod protulit Faſtos? occulatam pu-
tant quodam tempore tabulari, vt dies agendi petrerentur à paucis,
neç verò pauci sunt autores, Cneum Flauium scribam Faſtos protu-
lisse, actionesq. compoſuisse. Quo loco quibusdam pro compoſuisse pro-
poſuisse legendū nō male videtur, ita enim Pomponius L. 2. ff. de orig-
iur. scribit. Idem Cicero pro Murone autor est, cognita īā et promul-
gata à Cn. Flavio diueram ratione Iurisprudentes veritos ne sine sua
opera lege agi posset, notas quaſdam compoſuisse, vt omnibus in rebus
ipſi interest. Id quod quomodo intelligendum sit, docet Renardus
de autoritate prudentum, cap. 2. de legis actionibus.

Forensis factio] Sic Libertinos vocat, prout Zesius in Catalo-
go legum antiquarum existimat, quod cum multi essent, aſſidueq. in
foro versarentur, in comitijs plane dominabantur, statuq. ciuitatis
turbabant mandando infinitis quibusq. honores, plebe ingenua a-
gricultura operam nauant ac rād ciuilibus negotijs intervenire.
Siganus li. 2. ca. 13. de iure ciuium Romanorum, per eam intelligit et
partem plebis, quam Cicero peculiari nomine, urbani plebem soleat
nominare, in qua homines versati sunt, non solū gentes et rebus do-
meſtis impedit, sed noventis etiam & furiosi, cuius d. communis
lege sua agraria Tib. Gracchus tulit, cum diceret, seras quidem ac be-
ſias laſtrum & tactum quo se recipere, in Italia habere, qui verò
aſſidue pro libertate pugnarent, propter aerem lucemq. nihil in Ita-
lia posſe dñe, sed sine Luce, sine ſede, cum liberis, coniugibusq. vagari,
quoniam hoc illa plebs fuit, cuius studio P. Claudius Trib. pleb. Cice-
ronem ex vrbe expulit, de qua Cicero pro domo, pro Milone: Salustius
in Catilinaria. Cicero ad Atticum hanc eandem factionem forde &
fecem vrbi appellat.

Vrbanaq. eas appellauit] Dionysius Halycarnassus quatuor
tribus illis tribus à Servio Tullio inſtituit, as fuisse tradiit. Itaq. Quintus Fa-
bius non tam auctorius rei fuisse videtur, quād renouator quāſid
restaurator. Urbanaq. verò tribus dicti sunt libertinorum, cum Rusti-
ca proprii effent ingenuorum, vt inquit Plinius, multoq. tempore ne-
molibertinus in tribu rustica census fuit prater Vindictam, cui ob con-
iurationem Aquiliorum detrectam, optio a Valerio consule data est,
vt in qua tribu vellet, suffragium ferret, vt scribit Plutarchus in vita
Publicola. Ceterum multis poſt hanc segregationem à Faſto factam
annis, Cneus Manilius libertinorum ac seruorum manu subinxix. Le-
gem tulit, vt libertini in omnibus tribibus suffragium effet, idq. per
tunultum egit & clivum Capitolinum obſedit. Hunc autem caturū
L. Domitius Aerobarbus queſtor permixit, atq. dificit, & quibusdā
Manilius interficiſt, libertinos omnes, ipamq. Maniliū à ſe fe-
rende legi remouit. Cuius Cicero meminit pro Milone.

Equeſtis tranſuerterent] Hanc equitum tranſuetionem,
Valerius equitum probationem vocat: Equeſtris, inquieti, ordinis, in
ueniunt omnibus annis bis vrbem ſpectaculo ſib magnis autorib. cele-
brabat die Lupercaliū, & equitum probatione. A Gracis ḥx̄ ſu-
ditū tūc aīq. dicabant, hodie monſtravocant: vt annoat Budaeus
in prioribus ad Pandæctas.

IN LIBRVM DECIMVM ANNOTATIONES.

 Edem salutis] Hanc P. Victor in sexta vrbis regio
ne, hoc eſt in Quirinali ſtatuit. Scribit Sextus Pomp.
Salutarem portam Romæ appellatam, quod prope
ad eadem Salutis eſſet. Salus vero Dea à Romanis, vt à
Gracis Hygeia culta ſuit, inde vocati Salutigeri dei
ab Apuleio qui Gracis ſolūq. dicuntur. Nonnulli pro Babulco Biba-
culum literis mandarunt, ſed male, vt annotauit Gyraldus hiſtoria
deorū Syntagma primo.

Liuſſ pa-
tria ſtu-
diſ.

Patauij monumentum] Hac nimio amore ornandi patriam
magis à Lutio ſcripta, quād quid digna eſſent memoria, exiftimat
Vitellius lib. 18. cap. 4. Variarum leſt.

Tunica pal-
mata.

Tunica palmata] Palnatam tunicam Perionius yn. cum Bu-

deo dici exiftimat, à palma in ea intexta. At Festus palnatam dici
tradidit à latitudine clauorum, qui ferè palma orbe in equirent. Eſt
Lat. clauis enim Tunica palmata & latius clavis idem, Gracis tunica à hanc pal-
matam, ſive latum clavum Platynem appellabat, quād latis signis
aut clavis signatam. Atq. lati clavi perpetuo gefandi autoritas
inter primas dignitates habebatur, vt Herod. lib. 5. autor eſt. Quin-
etiā ſepenumero latius clavis pro Senatoria dignitate ponitur, ſicut
ius annuli aurei pro equeſtri ordine. Plinius in epifolio: Ego Sexto la-
tum clavum à Cesare noſtro imperiua. Hoc verò tunica in luctu pu-
blico deponebatur, vt ſuprà lib. 9. vbi de Caudina clade verba facit:
Cum vroq. verò loco coniunge cum, qui eſt lib. 30. Vbi Scipio Maſa-
nissim⁹ vſibus triumphalibus ornat.

Togā

ANNOTATIONES IN

- Toga picta.** Toga picta eadem qua & purpurea erat, ut Baysius scripsit. Luius infra lib. i. de bello Macedonico, Dona (inquit) ampliata, que ferrè regi, vasa aurea, argentea, agnè, togæ, purpurea, et toga pretexta. Meminit & Cicero secunda Philippica.
- Appij Clau dijvnde.** Appium Clasum, seu Appium Claudium] Ex Sabinis Claudiis, ab autore Appio Cluso g̃tis principe, qui cum multitudine clientum Romanam comigravit, deductos ferunt, qui sibi etiam Druſi cognomina surparunt. Cuius rei testū est Dionysius Halicarnassus, Sabell. libro 8. Ennead. 2. Volateranus libro 14. cap. 2. Vrban. comment.
- Patrē cīdere.** Patrem cīdere] Id est, cum honore appellare, vt autē apud Romanos patritij appellabantur, qui ab antiquis Senatoribus essent oriani, sic apud Atheniensis Eupatrida vocabantur, quasi a bonis patribus geniti, quod etiam Plutarachus in problematicis affirmit.
- Eupatrida.**
- Portia lex.** Portia tamen lex] Meminit huius legis Cicero in oratione pro Rabrio perduellionis reo. Salustius in oratione Cesari. Talius verò ea legem M. Portiu Cato ille Censorius. Ceterum an in tribunatu vel consulatu, compertum nō est, eamq; pro scapulis appellavit: Sic enim scribit Festus pro scapulis cūm dicit: M. Cato significat pro iniuria verberum. Nam consularis leges erant in ciues rogatae, quibus sancti batur pena verberum. Plinius lib. 7. ca. 43. de iure, vt Siganus exfimiat, virgaram vocavit, cūm dixit, L. Cornelium Balbum Gaditanū accusatum, & de iure virgarum in eum in consilium missum, quibus verbis accusatum Balbum significet, quid falsò ciuitatem Romanam usurpare, cum peregrinus esset. In peregrinum enim erat ius virgarum, non in ciuium. Hinc Cicero pro Rabrio perduellionis reo: Portia, inquit, lex virgas ab omnium ciuium Romanorum corpore amouit. Et Salustius Ciceronē grauitate obicit, quid ciues Romanos Catilinae socios, inducta causa contra legem Portiam necasset.
- Nunc vix seruo ita minetur] Pitheus lib. 2. aduers. cap. 2. Pro seruo fieri legi posse exfimiat, sed non in commendā iusta lectione iustar, cūm grauitas multò & severius seruo minari conueniat, quā liberis & ingeniis hominibus.
- Impedimenta qua.** Impedimentis in locum tutum remotis] Impedimenta in re militari dictinur, que cung, ad iter seu expeditionem necessaria conducuntur, vt sunt sarcina, tyrsilia, & iumenta, Graci & monsuvr vocant.
- Prerogatiua.** Eumq; & prerogatiua] Quae he prerogatiua fuerint, superius li. i. ostendimus, docet verò id Asconius his verbis in secundā Verrinam: Prerogatiua tribus sunt, que prime suffragium ferunt, ante iure vocatas. Mos enim fuerat, quid facultas in comitiis concordia populi firmaretur, bina omnino de iijclan candidatis comitia fieri, quorū tribus prerogatiua dicebantur, quid primi regarentur, quos vellent consules fieri. Secunde iure vocatas, quid in his sequente populo, vt sapere contigit, prerogatiuarum voluntatem, iure omnia completerentur. Harum centuriarum meminit Luius, & infra libro XXXVI. & libro XXVII.
- Pecuarij qui principes qui.** Pecuarijs damnatis] Pecuarij qui fuerint docet Asconius in divisionem: Mancipes, inquieti, sunt publicanorū principes, qui quibus suis causis, si decumas redimunt, decumani appellatur, si portum aut pastoriā publica, portatores, aut pecuarij, quorum ratio scriptura dicitur. Hi omnes exigenda à socijs suo periculo exigunt, & reipub. representant, prouidentes tamen in illa redempzione conuodis suis, ut verò publicani erant, qui decumas redimebant, decumani, qui passiva pecuarij, sic ī quibus decumas exigebant, aratores atq; agricola, cum quibus pauciorum rationem conficiebant, paefores appellati sunt.
- Sub ea legere fructum] Sic & Theognis, οὐδὲ τὸν περιπολῶν, ἀλλὰ περιπολοῦσι. Id est, antē tibi exhaustos alij ne trade labores. Vide proverbia, alij sementem faciunt, alij metent, & alienam metis messem.
- Callorum corpora.** Vide ad hunc Liuij locum facientia, apud Cetum lib. 18. cap. 21.
- Effedari qui.** Effedis carrisq; instans] Ex carris Gallos pugnare, vt Luius hic testatur, sic eosdem munimento valloq; carrorum obducere castra, solitos, Marcellinus tradit, vnde & Carrago vocata est, quo verbo censentur eorum castra carris circundata, prout annos Tornebus li. 18. cap. 19. Ceterum quid ad Effedarios attinet: meminit eorum Caesar li. 4. de bel. Gal. quid genus equitum sit, & quomodo pugnant ita describit: Genus hoc est ex Effedis pugna, primò per omnes partes obquistant, & tela congiunt, atque ipso errore equorum, & strepiturorum ordines plerumq; perturbant, & cūm se inter equitum turmas insinuare, & ex effedis disiliunt, & pedites prelantur, &c. Vide apud Cesarem.
- Patrem P. Decium.]** Cognomento Mureni: qui in bello aduersus Latinos, vel (ve Plutarachus ca. 37. Paral. ait) Albanos pro exercitu & salute patria dij; infernalibus se deuouit vt suprā vijum est.
- Dij manibus dabo] Cicero Tusculanarum questionem lib. 1. Di manes, ait, tres Decios suisse, qui pro salute patria vitam amittere, magno virtutis edito exemplo volkerint, ex quibus pater bello Gallico, filius Heruſeo, ncpo in bello Pyrrhi, quod pro Tarentinis gefit, dij manibus se deuouerunt. Sunt autem manes dij boni appellati, teste Festo Pompeio, ex Aurelij sententia, quod per hos omnia manere putarent, quibus aram non à terra sublimem, sed sub effossa humo, statuerunt veteres, ad quam ex precepto Sibyllini carminis, altero & quinquagesimo anno ab urbe condita, sacra & ludos institutos memorant. Quibus autem victimis, quibūsque ceremonijs manibus dij ac inferna libis sacra fecerint, lege copiosè apud Alexandrum ab Alex. libro 5. cap. 24.
- In festis telis imperfectus est] De hoc Decij memorabilis factō, quo salutē patria peperit, leges quoq; apud Val. Max. li. 6. Sabel. li. 7. Ennead. 4. & li. 2. ca. 5. Exempl. Ethnic. Volater. li. 15. cap. 1. Orosi. um lib. 3. cap. 21. Europium lib. 2. cap. 3.
- Defunctos consulis fato] Id est, consulis se se deuouentis spontanea morte, ab imminentibus periculis exemptos & liberatos. Budaeus in Pandectas.
- Testudinem hostium coniecta] De ea testudine intelligit Testudo. Torneb. lib. 9. aduersariorū cap. 8. quam faciebat exercitus se tegumentis, scutorum vndig operiens, vt testudo suo obducta est putamine, eaq; specie referebat rectum adsciciorum, sic autem se operiebant cruce perpetua clypeorum aduersus sagittas hostium, & aduersus omnia misilia, supermē cadentia, cūm urbem oppugnabant, hinc Maro scribit:
- Obſeffumq; acta testudine limen.
- Laudibusq; meritis celebrat] Inter preclarā enim veterum instituta, illud in primis commendatione dignum, quid quorum vita fuisse perspectior, eorum quoq; funera a magnificentiis prosequentur. Lege Alex. ab Alex. lib. 6. ca. 14. Ioui. Pont. de magnif. ca. 15. Dionysius Halicarnassus, lib. 5. Blondum li. 2. Roma triumph. Alex. ab Alex. lib. 3. ca. 7. & lib. 4. ca. 8.
- Matronas stupri damnatas] Adulterium namq; lege Romulea, capitale fuit, sic vt pœna mors esset. Talius enim Romulus legē his pœna lege verbis: Adulterij coniunctam vir & cognati vti volent necanto, quod Romulus item lege Iulia confirmatur, cūq; adulterium supplicio afficiatur codem. Stupri autem pena, si essent honesti, erat publicatio partis dimidie bonorum.
- Quæ fieri agi q; potuerunt] More militari hac dixit, quo homines & iumenta aguntur, sarcina feruntur. Plato in libris de legibus, βάσισται παθέα μηδέ πάθεα πάθεα, id est, ne quid quicquam alienarum rerum ferat agitare: Vide Erasmus in Proverbio, Agi ferri.
- Decumana porta impetus factus] Boni auctores Decumana num appellat, quod est maximum. Inde Decumana porta olim in causa porta, stris dicebatur, quae erat omnium maxima, per quam delinquentes milites ad panam educebantur, vt est apud Vegetum.
- Fanū tantum, id est, locus templo effatus] Alij Fanum dicunt putant à Fauni dij, qui diuinam oracula, vt Martianus Capella de dicunt, ait, edere solebant. Vel à Fauno, qui auctore Probo, primus horum locorum conditor fuit, teste quoq; Mariano lib. 7. ca. 6. Topograph.
- Pluteisque contextus] Vegetio Plutei è vimine contextuntur, cratibusq; & cilicis proteguntur, formamq; apsidis habent. De quo latius Torneb. lib. aduers. li. cap. 24.
- Detestatione] Id est, dira execratione, vt paulo post sequitur.
- Tripodium nunciatum] Id de Tripudio Solifimo intelligent quid. dum Tornebus existimat, cum pullarius officiū aubis daret. Nam si Tripodium pascerentur, bonum augurium erat, si non pascerentur, malum. Simiſtra enim aues prospere sunt & auspiciata. Nam sinistrum quasi sinistrum dicitur, nimisq; auxiliū quod sinistram. Sinunt autem haues plerunque que ab ortu, que pars sinistram auspicijs est, volant. Satis autem erat ad rem gerendam silentium esse. Nam aliud est si quid. sinistrum auxiliū, aliud silentium: sinistrum auxiliū hortatur ad agendum, silentium virtus caret, & ad agendum non impedire. Silencioq; surgere dicebatur, qui quid minus rem gereret non impidebatur auxilio. Huic verò histrio preter alios meminit & Valerius libro septimo, & Erasmus in Proverbio, Malum confitum confidit. possumus: Qui autem pallari hic dicuntur dubium non est. Etenim ex aubis tria auxiliiorum genera captae abantur, ex occidente, pallari. & ex tripudio. Tripodium autem augurium accipiebatur ex pullis qui gallina-

gallinaceis, quos in cauea inclusos afferuabant pullarij, quibus eductis, obijciebatur pafus, tum ex pafendi ratione augurium capiebat pullarius, id est ad magistratum deferebat eum, a quo iufus erat capta-re augurium: Ceterum de pullario & superius dictum eſt.

Mulſum. Pocillum mulſi priusquam temetum biberet.] Veteres Rq mani mulſum in delijs habeant, & in triumpho milites ab impe- ratore donabantur. Vnde Plautus:

Sed pfeſtatores vos nunc noſ miremini,

Quod non triumpho, per uulgatum eſt, nihil moror.

Temetum. Veruntamen accipientur mulſo milites. Mulſam verò ex aqua pluia fieri tradit Caelius lib. 23. ca. 35. Temetum autem prſca lingua vniuum appellabatur, teſte Gellio lib. 10. cap. 24. Idq. ad imitationem Græcorum. Hi enim ebrietatem μέλιν vocant, vnde & temulentiam dictum scribit Plinius lib. 24. cap. 13.

Alares co- Cohortibus alaribus.] Ala dicta exercitus equitum ordines, quod circum legiones dextra finifra, tanquam ale in animali corpo- hortes. ribus locabantur, aurore Gellio lib. 16. cap. 4.

Cornicula quid. Corniculis armillisq; argenteis.] Donorum militarium varia fuerunt genera, que militibus singulis virtutis ergo ab imperatore triumphatuſ dabantur, vt corone, quarum multa erant genera, ci- uica, murales, obſidionales, caſtrenſes, auree, torques, armilla, basſa pure, phalera, cornicula. De quibus Polybius lib. 6. Gellius lib. 5. Zona- ras lib. 2. tradiderunt. Et poſt hoc Sigenius lib. 1. ca. 15. De antiquo iure ciuium Romanorum.

Quirinus quis. Ædem Quirini.] Sic Romulum dictum, antea eſt annotatum, ſive quid baſta Quirin Sabiniū lingua dicebatur, ſive quid Roma- ni tinxerat ille Cures: ſive ſuo regi nomen poſuire Quirites. Non deſunt tamen qui Quirinum vocatum dicant, quaſi quia ſordi, id eſt, dominum.

Fors fortu- na. Ædem fortis fortunæ.] Fortis fortuna ades trans Tyberim

suit, vt Donatus ait, eiusq; diem festum colebant, qui sine arte vine- bant, ei etiā grates agebant, quibus aliquid ſucceſſerat. Terentius: O fortuna, O fors fortuna. Columella:

Et celebres foris fortuna dicte laudes.

Eo igitur vocabulo ſignificatur magnavis fortuna, & incerti ca- ſus. Dies autem Fortis fortuna festus octauo Kalendas Quintiles age- batur, vt in antiquis Faſti, & apud Ouidium ſexto Faſtorum legi- tur. Apud Nonium Marcellum, Actius poēta in Abyanacte fortunam à forte diſtinguit: Hanc Graci poſtulauit xv dixere, & a Tullio rege priuim dedicata amiuſſa, tam & ab alijs poſtea legimus.

De Manubib⁹] Manubia à preda hoc diſtare veteres exiftima- runt, vt fit preda corpora ipsarum rerum, qua capiuntur. Manubie verò pecunia ex preda vendita redacta, et ſic apud plurimos. Nam et M. Tullium de lege agraria ita ſenſiſſe voluerunt, predam, manubi- a, ſectionem, caſtra denique Cn. Pompeij ſedente imperatore vendēt. Vide Gellium lib. 13. cap. 23.

Palmæ priuim victoribus datae.] Propterea (inquit Plutar- chus) in certaminibus palmam ſignum placuit victorie, quoniam in- genium eiusmodi ligni eſt, vt virgentibus opprimentibusq; non cedat. Gellius lib. 3. cap. 6. Plinius lib. 26. cap. 42. Erasmius in proverbio, Pal- man ferre.

Aſculapium ab Epidauro.] Fuit hic Podalyrij & Machaonis Aſculapius parens, & omnium qui unquam vixerunt Medicorum peritissimus, qua de re Higynus lib. 2. de ſignorum caeleſtium historia, cap. 14. Dio- dorus Siculus lib. 5. de ſabotis antiquorum gefis: Plinius lib. 29. cap. 4. Blondus li. 1. Rome triumphatibus, Plinius de viris illuſtribus ca. 22. Epidaurus autem ciuitas eſt, ſit in reſeuſ Saronicis ſinu natura mu- nita, montibus circumdata, & ob huius Aſculapij templum quam plurimum nobilis: Vide Strabonem lib. 8. Ioachimum Vadianum in Pomponij Mele lib. 2. cap. 3.

IN LIBRVM XXI. HISTORIÆ LIVIANÆ, QVEM ALII DECADIS TERTIAE LIBRVM PRIMVM VOCANT, ANNO- TATIONES, EX VARIES HINC INDE AVTORIBVS COLLECTÆ.

 Nnorum fermè nouem.] Floria lib. 2. puerum habet. Probus in vita Annibalis Liuio aſipulatur, et puerum nouem amorum vocat. Ut & Polybius lib. 2. & 3. Solus author de viris illuſtribus cap. 42. non nouem tunc annos natum Hannibalem ſcribit, ſed vndeclim, non ſine mendi ſuſpicione, ut Magius ibi recte annoſauit.

Altaribus admotum.] Videlicet vt deos huīu rei testes fac- re, ſacta autem hac ſunt eo tempore, quo in Hispaniam profectionē parabat Hamilcar. Notab autem Panorum morte, qui iauraturi per Iouem, modo ad Deorum aras ſacrificio peraclo, aram & ſacra tangentes, vel agnum leua, dextra ſit, cen tenentes, Deos hominaq; con- testabantur, ſi ſcientes fallerent, itaque Iupiter eos quaque feriret, quemadmodum ipſi agnum percuterent. Vide Alex. ab Alex. libro 5. cap. 10.

Tactis ſacrīs.] Nam veteri more à iurantibus et ſacrifi canribus are tenebantur. Vnde Virgil. 4. Aeneidos:

Talibus orantem dictis, araq; tenentem,
Audit omnipotens.

Varro rerum diuininarum libro 5. aras dicit priuim ansas dictas, quod eſſet neceſſarium eas à ſacrificantibus teneri, vide Macrobius lib. 3. cap. 2. Ab iis qui ad aras conſugiebant, aras tenebantur apud Hebreos. Solebant etiam qui ad aras conſugiebant, aras amplecti, ut a- pud Plutarchum in Timotheo animaduertere licet.

Holtem fore populo Romano.] Odium in Romanos peren- ne iurauit, vt inquit autor de viris illuſtribus ca. 42. & vt odium ſuū perpetuum in Romanos fore ſignificaret, inſtituto in terram pede, ſuſcitatoq; puluere, tunc demum inter Carthaginenses & Romanos bellū ſinem fore dixit, cum alterutra pars in habitum pulueris eſſet redacta. Vide Valerium Max. lib. 9. ca. 3. Silium Italicum lib. 1.

Romanos terra atq; vndis vbi comparet atq;

Ferro igniq; ſequar, Rheteaq; ſata renoluam,

Non ſuperi mihi, non Martem cohibentia pat̄a.

Amilcar.] Cognomē Barche. Fuit vero is vir preſtantissimus, & rei militaris peritissimus, cuius facta leges apud plutarchum in Hannibale. Val. Max. lib. 1. cap. 7. Frontinum lib. 3. cap. 16. item libro 1.

cap. 1. lib. 2. cap. 4. Volateranum lib. 14. cap. 3. vrban. Comment. Oroſi- um lib. 4. cap. 9.

Sicilia Sardiniaq; amifſa.] Quintus enim Luctarius Catulus trecentis naubis aduersus Carthaginenses profectus, ſexcentis eo- rum naubis apud Aegates in filias depreſſis, pacē petentibus bac con- ditione conceſſit, ut amicitia iam inde Romanis & Carthaginien- bus eſt. Peſim proſuſ tota Sicilia abſtinerent, neq; deinceps bellum Hieroni inferrent, neque contra Syracuſanos, eorumq; ſocios, arma mouerent, captiuos omnes ſine prieſto redherent, talenta argentea Eu- boica duo millia & 200. Romanis anno 20. penderent, quas tamen conditions Romanii admittere voluerunt, niſi preterea ab omnibus inſulis, quae inter Siciliam & Italiam eſſent, abſtinerent, milleq; ta- lenta priori ſumma adderent.

Aufiſcijs regulorum.] Adriani Tornebus lib. 13. aduersario- rum cap. 18. pro aufiſcijs hoſpitijs legendum eſſe cenſet, quod hoſpiti- tium apud antiquos artiſtissima neceſſitudinis lege homines deuinci- ret, & pro ſanctiſimo federe in uiuolatq; cenſeretur. Cū enim multa ſint neceſſitudines, & vincula quibus homo homini iungitur, nullum tamē propemodum maiore religione ſibi sanxit vita, quam hoc, quod hoſpitate vocatur, de quo tanta ab initio recepta opinio, ut ad illud vindicandum Iouem ē cœlo lapſum vetuſas fabulatiſiſt, unde & Vir- gilius Aeneidos 1.

Iupiter, hoſpitiuſ nam te dare iura loquuntur.

Et Ouidius in X. Metamorph.

Ante foras horum ſtabat Iouis hoſpitijs ara.

Et profecto perſicile fuit in tam vicinam vocē deerrare, vna tan- tū, eaq; eiusdem ſoni ſyllaba diſferentem.

Barbarus enim quidam.] Inſtinus lib. vltimo à ſeruo Hispani cuiusdam ſlificiente miuſtam domini necem interfecit ſcribit, Po- lybius verò lib. 2. ſcriptum reliquit, Hadribalem cum ſpatio annorū 8 in Hispania maniſſet, tandem noctu per inſidiās à Gallo quodam priuatarum inimicitarum cauſa ſuſſe interfecit.

Iberus amnis.] Hispania fluvius, qui nauigabili commercio di- ortus, ortus in Cantabris, hand procul oppido Iuliobriga, nauigium per 260. paſſuum milia capax, propter quem vniuersam Hispaniā Gra- ci Iberiam appellauit, hodie Ebro vocatur, Olinario teſte.

Parvus

Parvus signis. Ex minimiis initis maxima, & sc̄p̄e parue res magnarum verum momenta trahunt; ut Litus alibi loquitur. Sic & Thucydides οὐδὲ τὸ πολλὰ.

Maior pars meliorē vicit. Plurimum calculus vincit. Sic & Plinius in epistolis queritur, numeri sententia, non expendi.

Ingentia vitia exquabant. Vitia namq; magna, vt virtutes à magna indole proferri consuevere. Prout Plutarchus in proœmio in Demetrium & Antonium. Vnde & Seneca scripsit, nullam esse magnum ingenium sine mixtū, demen-
tia.

Hermandica.

Eam Tornebus lib. 13. aduers. ca. 18. esse putat, que hodie Salmantica vocatur, gymnaſiō flore in Hispania.

Saguntum.

Saguntum oppugnari. Saguntum à Sagunto Herculis filio nomiē accipiens, quod Silii Italicus li. 1. Zazynum appellat. De hoc Strabo lib. 3. ca. 3. Plin. lib. 3. ca. 3. lib. 7. ca. 3. lib. 15. ca. 18. et lib. 35. ca. 12. Melalib. 2. ca. 7. Politeranus lib. 2. cap. 5. Geographie. Nunc autem eius loci ciuitas, res Oliuaria, Moruedre est.

Tragula.

Tragula grauerterius. Tragula dicitur tāquam trahula, ut tradit Torneb. lib. 22. aduers. cap. 13. Erant verò tragula duplicit genes, quod enim tormentis mittebatur, quodam verò manu, ut idē Torneb. lib. 7. cap. 12. tradit. Illa atrociter ficiabant, ac plerumq; sc̄rum aut corpus transuerberabant, vnde & tragularū dicit, qui eas ē tormentis iaciunt. Vide etiam Proverbiū: Tragulam inijcere.

Catapulta.

Balista.

Catapultis balistisq; Catapulta non tantum tormentum erat, sed & telum, ut tradit Torneb. lib. 15. aduers. ca. 1. Et eadem quoq; ratione balistam vspari idem monstrosit, lib. eodem, ca. 6.

Octauo mense] Variant hic autores: Plutarchus, Orosius, & Eutropius. Liuius adspicuntur. Florus lib. 2. cap. 6. nono denum mense deditum Saguntum scribit. Autor de viris illustribus cap. 42. intra sex menses euer sum scribit. Qua de re leges quoque Augustinum li. 3. cap. 20. Val. Max. lib. 6. cap. 6. Ciceronem in Philipp. Silium Italicum lib. 1. Et proverbiū apud Erastum: Saguntina fames.

Cetratos misit in Africain] Luua infia lib. 8. Peltam cetera haud disimilem esse ait. Et lib. 1. belli Macedonici Cetratos Peltistas vocatos restatus. Est autem Cetra, vt omnibus notum est, scutum parum, ac Probris in vita Iphicratē parvam, scutum sive clypeū maius significare videtur. Peltam vero nimis.

Cum' precipites diruptæq;] Tornebus lib. 13. aduers. sariorum cap. 18. de rupte legendum esse putat. Nam multū locū inolevit error iste, ut di pro de vicaria quadam opera subierit per obreptionem. De-
rupte autem sunt deorsum rupte.

In promontorio quodam] Promontorium hic eminent & editissimum in alpibus iugum appellantur, cùm alias promotoria sint prominentes in mare rupes, Torneb. lib. 13. aduers. sariorum, cap. deci-
moctavo.

Necabantur interdum] Torneb. loco preallegato secabant legi, prae necabantur. Hoē enim est quod dicitur in Polybius dicit, & pro infirmam infirmam. Nam & firmam illam nūc dicit Polybius.

Inde ad rupem minnendam] Tornebus munidam legit, Polybius enim faciliter & rupiūdūcēt, & mox his doctis levocat. Interpretatur autem munire per rupem viam aperire, viamq; in eamunire, & tanquam struere, eam cadere, & in ea opere laboreq; militari complanare, & equare iter, aut deorsum deprimere, & de-
clive reddere molli anfractu. Itaq; qui aggeres iaciunt, fossas aperi-
unt, vias manūnt, militiam auxiliatoris vocantur. Esse autem ita legē-
dum ex eo etiam apparet, quod longe hinc scribitur. Et quies munie-
do se fūtū hominibus triduo data.

Saxa putrefaciunt] Saxa putrefacere aceto, est aceto saxa soluere & frangere. Saxonum enim torridorum & carentium insu-
stam acetum compages & nexus soluit & luxat, quod putrefacere
appellat Tornebus, preallegato capitulo.

**Promonto-
rium.**

**Munire via
quidi.**

Munitores.

**Putrefacie-
ca.**

Alpibus superatis] sunt qui Hannibalem per cauam quādam viam ac manufactam, ad saltus Augustae Cesarea peruenisse putent, cū tamen ex alijs autoribus miro artificio Alpes frigisse constet. Vnde recentiores scribunt, per montem Iouis venisse, quem vulgo Cimsum vocant, Gebennas versus rendentem. Ad huius autem rei pleniorē intellectum loge que scripsit Aegidius Tschudius, cap. 32. De pri-
fca acvera Alpina Rhetia, & apud veteres Polyb. lib. 3. vbi, quod de in-
credibili Alpum asperitate & itinere, nulli ante Annibalem, prater-
quam Hercule tentato, narrantur, mendacio non carere ait: Satis e-
nim constare Gallos Rheni accolos, non semel, neq; bis ante id tempus
in Italiam venisse, &c. Plinius verò lib. 36. cap. 1. Annibalis per Alpes
transitum in porto prope à maioribus habitum scriptum.

Plures tradidere autores] Liuius adspicuntur Plutarchus: Iti-
dem Orosius lib. 4. cap. 14. Eutropius lib. 3. cap. 2. Plinius lib. 16. cap. 5.
Val. Max. libro quinto, cap. quarto. Florus lib. 2. cap. 6. Sabel. lib. 2. En-
nieds.

Agnum lœta] De hac iurius funda formula antē dictum est. Viouem lapi
de tamen & ea que scribit Cælius lib. 21. cap. 19. vbi explicat quid sit
iouem lapidaturare.

Luna pernox erat] De varijs Luna permutationibus quas pha-
ses vocant, Cælius lib. 20. ca. 7. Lectionum antiquarum: Horatius No-
tilucum lunam vocat, nocte lucentem, lib. 4. carminum, Ode 6.

Præconium missum] Id est, misi præcones qui delectos cita-
rent. Alias verò præconium est præconis merces, ut ex Catone ostendit
Torneb. lib. 10. aduers. cap. 18.

Liuius hanc fē commouisse] Haec as in veteribus memo Hastarum
rīs regi fastigī infigne diadematī loco fuisse, & à rerum origine
deorum immortalium vice cultas. Ex cuius ritus memoria dū quoq;
custoditum, vt deorum simulachris adderentur. Hinc hastas mortas
tortes prodigiū loco habetur, vt hic, & lib. 40. vide Cælium lib. 21. cap.
16. lectionum antiquarum.

Alijs procurandis] Solitos esse veteres, plerunque prodigia & Procurare
portenta si procurare, vt excusent lignis infelcibus, tradit Macro prodigia.
bius. Solebat etiam ea in vltimas terras dicere deportanda esse, et in
mare deferenda, vt legitimū semimares delatos & demersos, quod &
prodigijs alijs faciebant. Torneb. lib. 18. aduers. far. cap. 11. Sacrificium
itaque quod fit ad depulsionem & expiationem portentorum procu-
ratio dicitur, & e gratia rem diuinam facere, est monstra procu-
rare.

Civitas operata fuit] Peculiaria sacrorum verba fuerunt. in Operari
ter que et verbum operor recenset Gyraldi historia deorum syntag.
17. Ac idem ferè significat, quod ritè sacrificare, vnde Virus: Savare
fert Cereris, latrū operatis in herbis, & albi operata iuuentus. Sic &
Plautus, ut isthac operatio crimen expiet.

Maritimam nauem haberet] De hac lege loquitur etiam Ci
nero actione 7. in Verrem: Eam autem poeta in Iuliam de repetundis
Cæsar dictator transitus. Nam ex lege Iulia repetundarum Senatori-
bus naues habere non licuit, ut inquit Scenola L. His qui naues ss.
de vacat, & excusat. mun. Lex verò Iulia interdit tātū naue mar-
itimam non fluuiatili, pt enim ex initio L. 3. ff. de vac. mun. liquet ro-
ta ea lex de naubus maritimis accipienda est. Idq; idē constitutum
est, ut questus & prædationes cohabeantur, quemadmodum M. Tullius indicat. Nam senatoribus fundos maritimis habētibus ad fructus
deportando capacem nauem in Italia habere licuit, prout annotat
Cicatius lib. 6. Observationum cap. 38.

Paludatus] Consiles enim paludatos vrbe exire solitos supr
quoq; anno auimus. Paludatum autem picturam ad viuum ex Ro-
manorum marmoribus expressam inuenies apud Lazarum Bayfum
in fine ca. ii. in L. Vefis. ff. de auro & arg. leg. Paludamentum vero yes-
tem Imperatorum esse scribit Tranquillus in Cesare. Blondus lib. 9.
Roma triumph. Alex. ab Alex. lib. 3. ca. 3. & lib. 5. ca. 18.

IN VICESIMVM SECUNDVM, QVI AB ALIIS DECADIS TERTIAE SECUNDVS DICITVR, ANNOTATIONES.

**Thrasymel-
nus lacus.**

Hrasymenum q; lacum] Lacū in Perusino, qui a Thrasymeno puer, quem Agedam nympham ra-
puisse poeta sinxerunt, dicitur est.

**Clades ad
lacū Thra-
symenum.**

Quindecim millia Romanorum] Orosius lib. 4. ca. 15. & Eutropius viginti millia Romanorum
cum consule cesa, & sex millia capti scribit, iuxta Valerium autem
Max. lib. 1. ca. 6. quindecim tantum millia cesa, sex capti, 20. verò fu-

gata dicuntur. De quo etiam Cicero lib. 1. de diuinatione. Plinius lib. 2.
ca. 85. Frontinus lib. 2. ca. 5. lib. 2. ca. 6. lib. 4. ca. 7. Val. lib. 3. ca. 7. Ouid.
lib. 6. Faſorum. Silii Italicus lib. 5. per totum, &c.

ius in 7. Aeneidos: Maricam dicit daem litoris Minturnenium iu-
xta Lirum fluuium. Sunt alij, qui per Maricam Venerem intelligat,
cuius sacellum fuit iuxta Maricam, in quo erat scriptum vno & p̄po-
latis.

In Armilustrio] Armilustrum; vt Festus ait, festum erat, in
quo res diuinæ armati faciebant, ac dum sacrificabant, tubis cane-
bant. Hunc verò lufrandi morem Seruium regem primo instituisse fe-
runt, & armilustrum nuncupasse: In hoc illud maximè obseruare
consuefisse accepimus, vt q; qui hostias ducerent, bonis & faustis no-
minibus appellari elegerentur. Ex hac enim re certa omnia profperi-
vēlūstris euentus veteres captabant. Alij banc exercitus lufstratio-
nem ita peragebant, suem, ouem, taurum, qui pari essent, ter circum
acies instructas præcedente pompa ducebant, Martiique Deo immo-
labant.

Aruspices ex Herruria acciti] Aruspices ex Herruria cur ac-
ciri soliti, suprà arietatum effigi vide.

Colonus maritimus] Vel hic Luui locus testimonio est, coloni-
as aliquot militiae vacationem habuisse. Sic & bello Antiochino, cùm
eodem maritimo colonie, Luui resti, in classem cogenerantur, Tribu-
nos plebis appellarent, à quibus ad Senatum reicitur, Senatus decre-
uit, vacationem rei nauali non esse. De qua re Siganus lib. 2. ca. 3. de
antiquo iure Italie.

Senam oppidum] Inclitam Thuscia ciuitatem, quam Bren-
num Gallorum ducem, pro feniis, valetudinarijsq; & armentis ex-
trixisse anno ante Christum natum 362. quidam ferunt. Polybius au-
tem Senones pulsos à Romanis aliam colonia eius nomine Sene, quā
apud Adriaticum reliquerunt, condidisse prodidit, vide Plinius lib.
3. cap. 5. Volatervanum lib. 5. cap. 2. Geographic.

Metaurum flumen] Scilicet Umbria, de quo Strabo lib. 6. Pli-
nius lib. 13. cap. 3. & lib. 3. cap. 5. Pomponius Mela lib. 2. cap. 4. Volater.
libro 6. cap. 7.

Fabrie scalprum] Scalpro, malleo, & veru, Romanos olim in
Elephantis perinendis vſis, annotat Robertellus libro 2. Emen-
dat. cap. 53. Scalprum autem instrumentum notius est, quam vt in-
dicari debeat.

Quinquaginta sex millia] Orosius numerum amplificans,
sexaginta tria millia occisa, capra quinq; millia quadringtoni refe-
runtur.

Caput Hasdrubalis] Vide hac de re quoq; Frontinum li. 2. ca.
9. Silium italicum lib. 15. qui hanc historiam graphicè depingit.

Dolabrisque cædebantur] Dolabra rusticum instrumen-
tum, quo in oblaqueationibus trahuntur rustici, atque item glebis di-
sipandis inter arandum. Sed & dolabris subrata Saguntinorum mo-
nia scribit T. Luuius, vide Cælium libro decimonono capite secundo
antiqu. lect.

Pelta cetræ haud dissimilis] Pelta Amazonum propriè fuit, Pelta
quam Xenophon scribit hedera folio fuisse consimilem, Virg.
Dicit Amazonidum lunaris agmina peltis.

Præmisso

- Eduis pra-** Premissum edicto] Confuetum erat ut fusis hostium copijs, re-
diens in urbem imperator, edictum præmitteret, vt Senatus conue-
niret. Siquidem Imperator qui ex bello rediret, nemini eorum, qui in
urbe adfuerint, imperio & potestate cederet. Nam minoribus à magi-
stratu urbano Senatus dabatur. Id verò siebat vel ad adē Bellone, vel
II. Portam Apollinis, quam extra portam Carmentalem fuisse Pedianus refert
Carmen- in orationis in toga candida commentario. Nam rerum audiendu-
dem. rum causa Senatum extra urbem haberi ideo cufoditum est, quid
ut Appianus lib. II. & Plutarchus in Cesare scribunt, lege cautum es-
ser, ne quis urbem ingressus iterum triumphans iniret. Zamoſcius li-
bro 2. de Senatu Rom.
- Claudij Ne-** C. Claudius equo] Elegansimū animi moderationis in Ne-
ronis mode rone exemplum, vt qui licet Luui Salinatoris in Hadriane oppri-
ratio. mendō particeps glorie fuerit, tamē triumphantē equo sequi, quam
triumpho (quē Senatus ei aquē decreuerat) vti maluerit. Vide Val.
Max. lib. 4. cap. 1. Vide de ouatione Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 17.
- Principia** Iura reddere in principijs] Acie ad pugnam instruēbile
qua. ferè ordo erat: In prima acie leuis armatura, id est, velites sue rora-
rij, sue fermentarij, item funditores & sagittarij erāt, hi leuib. certa-
minib. pugnā inchoabāt, in secunda acie principia sue principes lo-
cabantur, sic dicti, quid à principio gladij pugnabant, vt at Varro.
Subsidia. In tercia acie subsidia flatubantur, qui milites subsidia dicibantur,
quia subsidium ferebant principijs fessis & fatigatis. Sed hic ordo
pro loco & tempore mutabatur, vel ex toto vel ex parte.
- Poenia sios** Vnde orta culpa esset, considerer poena] Sic Imperatores
autiores re- Arcadij & Honorius benignissimè Entyrianō prefecto pretorio re-
nere debet. scripsierunt, peccata sunt autores, nec ultiorem progreduatur
metus quam repertatur delictum, singulis hoc iudicibus intimari
precipientes, L. Sancinus. C. De poenis. Et inde sumpti sunt versiculi
vistati:
- Autores proprios sua crimina iure tenebunt,
Nullus plectatur nisi qui peccator habetur:
- Glossa c. que sunt: De his que sunt à maiore parte capit.
- Sicut natura maris] Sic Cicero pro Plantio, quod frettū, quem vulgus Eu-
Euripum, tot motus, tantas, tam varias habere creditis agitationes, rīpus.
commutationes, flutus, quanta perturbationes & quantos effus
habet ratio comitiorum. Vide Eratnum in proverbio: Euripus homo.
Vide etiam de Euripo notata infra lib. 45.
- Scelus nullam rationem habet] Sic Quintilianus lib. 5. De Scelus nullam ratio-
conjectura loquēs, preterea inquit, cur portiſsum illo loco, illo mo-
do aggressus sit. Qui et ipse diligentissime tractatur pro eodem loco,
an etiam si nulla ratione duclit est, imperi⁹ raptus sit, & absq; sen-
tentia. Nam vulgo dicitur, Scelerā non habere consilium.
- Locus in de lautiāq;] Qua legatis hospitij gratia dabantur, Lautia.
Lautia dicebantur, autore Festo. Sic infra lib. 42. Quae situm ecquid
non ita adiſſent magistratum, vt ex insituto, loca, lautia accipe-
rent.
- Rem actam hodierno die agi] A iudiciorum consuetudine Rem actam
sūptum, qua fa non erat, iterū agere causam de qua iam pronun-
ciatum esſet. Plautus, actam rem agit, id est, incāſum laboras.
- Ludus & iocus Hispaniæ tunc] Ludum iocumq; intellexit Ludus, iō-
rem obiectam ac parui precijs, que merito contemni ludibriog; ha-
beri posſit. Phrasis Latinis autoribus vistata, sc̄i Cracis & Xanthi
φυνεία. De quo loquendi modo Petrus Victorius libro 6. Var. lect.
capite 19.
- Fortunam publicam & maiestatem Imperij] Maiestas Maiestas
imperij varijs modis minuitur, vt Zasius in Catalogo de lege Iulia imperij.
maiestatis eruditè explicat. Inter exercitos vero, & hoc modo minue-
batur, si quis imperio atq; potestate prædictis, exercitum extra suam
provinciam in iusta populi obducisset, autore Cicerone in Pisonem,
Maiestatem autem Vlscorium, Ciceronis interpres, amplitudinem
& magnificientiam esse ait, in qua vis totius ciuitatis consistit.
- Rutra, Falces] Kutrū rāmūs & iacinnūs, à ruendo nomen ha-
bent. Nonius à radendo putat, vide Torneburn libr. 8. aduers. cap. 6.
Calius vero Rhodiginus lib. 7. cap. 30. Rutra (inquit) alucoli, molebel Alucoli.
līca, sint clasium instrumenta Linio. Molz.

IN LIBRVM XXIX. QVI AB ALIIS DECADIS

III. LIBER IX. DICITVR, ANNOTATIONES.

- Vicarij qui.** Icarium tibi expediā] Id est, qui pro te seruiait.
Sic Vlpianus ff. de pecunio, vicarios seruos eos intel-
ligit qui ordinarijs seruunt. Si seruus (inquit) or-
dinarius vicarios habeat, id quod vicarij mihi de-
bent, an deducam? Lachantius Grammaticus expli-
cans illiuī rāpīng, succiduaq; apparet matrib. agnas. Succidas,
inquit, pro vicariis, vt annotat Celsus lib. 25. cap. 23. Vicarij etiam
interdum sunt, qui in vicem aliorum, exilio peficij deuenientur, vt in
carmine denotionis. De quo Tornebus lib. 18. aduers. cap. 4.
- Hexeris.** Locros hexeri aduectūs] Hexerim intelligit sex ordinum na-
uem, cīq; cīus crebri a mentio apud hunc cīndem, vt in sīxī lib. 37. Vī-
de Bayſium derenātū.
- Vir opti-
mus.** Virum optimum] Plato lib. De leg. 2. Eum virum bonum ap-
pellandum existimat, qui omnia quacunq; bona dicuntur, pafideat
atq; disponat. Quem copiosius describit Cicerō lib. 3. offic. Platinus in
Dialogo de vera homini nobilitate: Ceterū de hac histōria Plutar-
chus in vita Scipionis Africani: Solinus cap. 7. Plinius lib. 7. cap. 34.
Valer. Max. lib. 8. cap. 16. Florus lib. 29. Epitom. Blondus lib. 1. Roma
triumph. Sabel. lib. 5. Ennead. 5. Rapsod. Alex. ad Alcx. lib. 2. cap. 10. O-
uid. lib. 5. Rapsod. Silius Italicus lib. 7.
- Scipio Na-
tiva Corcu-
lum dietus.** Nondum quæstorium] Fuit vera Eloquentia primus, juris
scientia confutissimus, ingenio sapientissimus. Eum Corculum ob mo-
rum excellentiam dictum, Cicerō testatur in Bruto, et in Tusculanis
questionib; his, item Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 9.
- Megaleſia.** Megaleſia appellata] Hi ludi magna matri nonis Aprilib; a-
gebantur, Ouid. Varro ait, quod ipsa accerſita ex libris Sibyllinis ab
Attalo rege Pergamini prope murum Megaleſion, in templum eius dea,
vnde Romam aduecta: De his prater alios Celsus lib. 8. cap. 7.
- Argi.** Argos] Florentissimam Achæi ciuitatem, non longe ab Athē-
nis sitam, quam olim Hippium cognominaverunt, quid nobilib; e-
quis abundaret. Vide de hac vrbe Strabonem lib. 3. Plinius lib. 3. ca-
pit. 11. Melan lib. 1. cap. 4. & Stephanum de vrbilis, qui decem huius
nomini ciuitates deſcribit, quas ex eo recitat Volateranus libr. 8.
cap. 8. Geographie.
- Occubuit] Itū regule prostratus ab anicula Argiuī cuiusdam Pyrrhi obi-
matre, vt à periculo liberaret filium, quo cum congregiebatur Pyr-
thus, de huius morte vide Orosium, Europium, Plutarchum, Iusti-
num lib. 25. in fine, Strabonem lib. 8.
- Exvinculus causam dicere] Id est, interim dum quæſtio cri-
minis peragitur, in carcere eſſe. Causam enim dicere interdum est
reum eſſe, & criminis aliquius publici postulatum, Budeus in post.
anno.
- Piaculare sacram] Id est, quo tantum scelus Pleminij expie-
tur, hinc & piacularis Roma porta appellata ſuit, propter piacula
qua ibi ſiebant, vel vt Cloacius ait, quid ibi piaculā ſolueretur pian-
cipaliter propiciandi cauſa. Lege Festum, à quo & illud proditum eſſe.
Piatrix dicebatur ſacerdos, que expiare erat ſolita, quam alij voca-
bant ſimulatricem, alij ſagam, alij expiaticem. Ceterum, vt il-
lud obiter adiçamus, piacularia aufſicia Romani appellarent, que
ſacrificantiibus triftia porteſderent, vt ſi hoſta ab atra profugiferet,
aut percutia magitum dediſſet, aut in diuinam partem corporis, quam
oportet, decidifſeret, Torneb. lib. 6. aduers. cap. 21.
- Pallio crepidisq; Pallium ſiquidem Grecorum fuit, unde mi-
nimè Romano imperatori conueniens, ſic & Cicero pro Rabirio, Cō-
ſularis homo ſoccos habuit et palliū. Ad huius autem loci intellectum
ſaciunt ea qua exstant apud Gellium libro 13. capit. 20. vbi Caſſritius
Rheticus de veſſitu mutato grauiſſimè ſuos diſcipulos increpat.
- Libellis etiam] Non libellos ſupplices intelligit, de quibus Mar-
tialis in illo hendecayllabo. Idem ſupplicibus vacat libellis, vel epifo-
lami: aliudne quid, quod ſub ſignificatione huius vocis polyſimā conti-
netur: ſed minororum librorum qui vendereatur in ſpectionem, qui
Gratī ſequeſt'la, & Bībīa dicuntur: A quibus Statius in Sylvis Li-
bellionem vocavit minororum libellorum venditorem, qui & libra-
riolus dici potest. Tales autem non in taberna, aut pilā ſed in capsā
totam ſuorū libellorum ſuppelletilem circumgeſtā ſunt annoſat Torn-
ebus lib. aduersar. 20. cap. 32. Apud Siculos vero huiusmodi genus
hominum contempnū fuſſe: indicio eſt Hermodorus, nefatio quis;
qui ab ipſis irriſus eſt, quid Platoni libros ſolitus eſſet eis vendūare,
quaſi pro mercibus verba importaret.

Praetoria naus. In praetoria naue] Praetorianum naum Graci ravaꝝ. Aa. Galli
vulgo Capitanam. Diodorus aliquando ꝑpartuꝝ da vocat, anno-
tante Bayso in lib. de navali.

Quaestio. Questiones minimè ambitiose habuit] Ideſt, ita ut gra-
tiam ex ijs auctoritate accepatur. Ambitio enim pro auctoritate grata &
vitiosa emerenda fame cupiditate ponitur, ut docet Budaeus in priori-
bus annot. ad Pandectas.

Sartateſta exigit. Sarta teſta acriter] Sarta teſta exigendi cura ad censores ſpe-
ctabat, interdum etiam ad aediles, raro ad praetores, nec niſi cum ſe-
natus decreuerat, vt appareat ex pratura urbana Ciceroſ. Sarta ve-
rò teſta eo modo locari, exigiqꝫ ſolebant, vt redemptores ſuo lapide,
ſua calce ac ſua materia aedes sartas rectas proberent, certo precio in
ſingulos annos addicto, quod fieri ſolebat Roma minimo licet. anibus.
Budaeus in annot. prioribus in Pandectas.

Salinarium vetricigal. Vetricigal nouum ex ſalaria annonā] Salinarium vetricigal
exploſis regibus ſublatum fuerat, quod primus inſtituerat An̄cius
Marcius Romanorum regum quartus, cuius rei meminit Plinius lib.
31. cap. 7. Cum itaq. Littius in censura ſua hac vetricigalia refiuit, &
quasi ex ſalaria annonā nouum vetricigal ſtatuerit, Salinato cognominatus eſt. Vide preter Littium Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 9. Vol-
teranum lib. 16. urban. com.

Equites e- quam ven- dero iuſſi. Equites vbi magistratus cepiſſent,

equites eſſe aut vocari deſiſſe Cicero in Clientiana oſtendit, hos ve-
rò reciuiſſe equum propter robur etatis docet Valerius, cūm de iſſi-
dem ſcribit. Cūm equum Centurias recognoſcent, et ipſi propter
robur etatis etiamnum corum numero eſſent, alter alterum equum
vendere iuſſit. Sigonius eos in ſenatum iure magiſtratus, non lelio-
ne censoria veniſſe exiſtiat, lib. 2. de antiquo iure Quirit. cap. 3.

Eaſrios reliqui] Hoc eſt, tributis nomine omnes tribus adeo- Aerarium
qūe omnem populum Romānum era pendere, & pecuniam multam facie.

Exponere coegerat prater Metiā, que criminis peculatus eī abſolueraſt.
In quo vindicta & vltimis exemplum notandum. Aerarium namq;
facere, autore Padiano erat, nullum aliud ius ciuitatis in centuria
atq; adeo in tribu relinqueare, quam vt pro capite ſuo tributi nomine
era penderet, ita vt qui aerarius factus eſſet, iſo ſolum ſuffragio vr-
bano, ſed etiam ſtipendiis militariibus ſpoliatuſ eſſet. De qua re capio-
ſe Sigonius lib. 2. de antiquo iure ciuium Romanorum cap. 16. Petrus
Crinitus lib. 4. cap. 3. de honesta disciplina. Budaeus in annotationibus
prioribus ad Pandectas. Inter eaſrios relatiſ apud Gracos ſimiles e-
rānt, qui ἐπεργαμμένοι ἐν ἀρχῇ δὲ idēo dicebantur, ex more Arbe-
niſum, quia in arcem eorū nomina relata eſſent, vi enim Latinē
in eaſrios relatiſ dicuntur: ſic illi in arcem relati erant, qui et δολό-
res dicuntur, & τετάκουοι. Qui ignominia interim notati eſſerant, quo-
ad indicatum facerent, hoc eſt, omnia ex ſententia perſoluerent.

IN LIBRVM XXX. QVI DECADIS III. LIBER

X. DICITVR, ANNOTATIONES.



Acundifimus habebatur] Laus P. Sempronij
Tuditani, cuius tamen nulla à Cicero in Bruto
facta eſt mentio. Id quod Franciſcus Floridus Sabi-
nus miratur libro primo ſucciſuarum lectionum
cap. 14. vbi vide.

Magni cam- pi. Magnos (ita vocat) campos] Sic & Polybius vocat μεγάλα
πεδία. Putat autem Vitorius Littium Polybiūm, intellexisse La-
tinum Poëtā Eumeniū, unde diſſerens, Hypallage exemplum ſum-
mit Cicero in 3. lib. de oratore. Testes ſunt magni campi. Vide Vi-
torium lib. 10. var. lect. cap. 2.

Romanos poſt principes haſtatorum] Vitorius loco pre-
allegato legendum cenſet, Romanos principes poſt haſtatorum pri-
ma ſigna, &c. Primi enim in acie collocabatuſ haſtati, poſt eos prin-
cipes, triarii verò acies claudebatur.

Toga pīcta. Toga pīcta triumphantium erat, ut docet Bayfus
ex Littio. Nec diſſertetur praetores & conſules praetextam & togam
picta accipere ſolitos de templo Iouis, vide cum latius de re ve-
ſtaria.

Palmatā tu- nica. Palmatā tunica] Palmatam tunicam pro tunica lati clavi ac-
cipiendam docet Bayfus capit. 12. de re veſtaria. Tunica ſiquidem
lati clavi, ſive latius clavis, anteac dicebatur tunica palmata à lati-
tudine clavorum, qua nunc à genere pīcta appellatur. Verba ſunt
Sexti Pompei in vocabulo pīcta, paucis additis. Cūm verò ait, que
nunc à genere pīcta appellatur, accipe ab ipſis clavis purpureis,
qui tunica inſeruntur, appellari tunicam lati clavi. Vide latius Bay-
fus loco preallegato.

More adorantium. Id eſt, ſupplicantium, ut vulgo interpre-
tantur, ſed apud Gentiles permiferant ſe verè adorari, primū Per-
ſe ac Medi & Babylonij, deinde eum diabolicum honorem appetiuit
Alexander, poſtem & Romani tyrranni. Hinc Dion de viuo Debo-
ballo. Mox ad Troianum deductus illum humi procumbē ſuppliciter
adorauit. Hodie Germani vocant den Guffall. Vt annotat Glare-
nius ad Eutropium.

Militaris ſuppl. ex. Qualem præberi conſuli moſ eſt] Magiſtratus uafis argen-
tuſi inſtruſi ſolitos, & annulis aureis publice prebitis, autor eſt Vale-
rius Maximus, Cicero in Sexta Verrina. Adiicit in Catone ſeniorē
Plutarchus tabernacula, lectoris, indumenta, ſeruos, amicorum mul-
titudinem, apparatus numeroforem, Caelius lib. 27. cap. 14.

Detrac̄tus. Flens Italiani reliquieſ dicitur, Orosius libro qua-
to, capite 19.

Fabius Ma- ximi nomē vnde habue rit. Vel ſi nomum ab eo inciperet] Parens etenim eius Q. Fabius
Rutilianus primus ex ea familia Maximus nomen obtinuit, eo quod
omnem forenē actionē, poſtea excretā coegiſſet, rem populo adeo
gratiam hoc faciens, ut ei Maximū nomen inadiderint: Quem hono-
rem preterea nulli, niſi Valerio, qui patres à plebe diſſidentes recon-

ciliauit, tribuerunt. De qua re Plutarchus in Fabio Maximo. Pom-
peo, Volatervanus libro decimoſexto, capite primo vrb. com. Plutar-
chus tamen à corporis habitu ita cognominatum putauit. Ceterū Fabius Ver-
cur Verrucosus, Cornicula, & Cunctator Fabius appellatus ſit, leges rucoſis Cor-
etiam apud Alexandrum ab Alex. libro 1. cap. 9. Meminit Plinius lib.
34. capite 7.

Cunctando reſtituiſſe] Et hinc Hannibal dixiſſe fertur, ſe Fabius Cun-
tagis formidare Fabium quicquidem a pugna quam Marcellum statori
fortiter pugnantem. De cunctatione autem Fabij preter Littium,
leges Flori lib. 2. cap. 6. Plutarchum in Fabio Max. Valerium Max.
lib. 7. cap. 3. Plinius lib. 22. cap. 5. Oroſius lib. 4. cap. 15. Eutropium lib.
3. cap. 2. Frontini lib. 2. cap. 5. & lib. 1. cap. 3. Sabellicum lib. 1. capit. 7.
lib. 7. cap. 3. Ennius apud Ciceronem in libello de ſenectute. Silius Ita-
licum lib. 6. & lib. 7. Ouid. lib. 2. Faſtorum. Vide etiam Eraf. in pro-
verb. Romanus ſedendo vinciſt.

Prop̄ manu conſerta reſtitantem] Budaeus in prioribus an-
not. Manu conſerta reſtitantem, cum prop̄ manu conſertū. Quo-
rum verborum huic modi eſt, tenuiſſi: non autem tu Hannibal ad pacem
quam nunc petis adduci potuſti, quā ego te ex Italia renovacum,
de patria tua in Africa dimicare coegi, & quā te in Africa manu
conſertū vocaui, quam ſilicet ita nunc mihi Romaniq; vindico,
vt tu dudum Italiani tibi & populo Cartaginēſi vindicabas. Quid
autem ſi manu conſertū, Gellius lib. 9. docet.

Congruens clamor à Romanis] Sic & Homeris Iliados 4.
prefiſſe Gracos modeſtia Troianis canit, cuius ſignum vult eſſe ſi-
lentium, quo, cūm in certamen prodirent, vteſtetur, cūm contra ma-
gius diſponiſſe, clamor in exercitu Troianorum eſſet. Quod teſtimoni-
num Homeri cūm à Polybiō lib. 15. excerptorum in deſcriptione hu-
iū rei citetur, doſſiſimus vir Petrus Vitorius lib. 10. cap. 4. Varia-
rum lectionum exiſtiat, ad hiſtoriam potius Polybiū quam fontem
ipſum Littium reſpiceſſe. Sepe enim quād videri velit, Polybiū
ſequitur.

Recepui canere] Id eſt in locum turioſem redire. Milites ſi-
quidem cum caſtra tenerint, priuſquā exirent in aciem, cum ſi-
gno dato in eadem redeunt, ſeſe recipere dicuntur. Inde canere rece-
ptui, eſt rubarum, litiorum, aut cornuum ſeu tibiarum cantu ſigni
ſicare milibus, vt a pugna in caſtra aut mania redeant.

Raro bonam fortunam] Hanc ſententiam à Demoſthene
mutuatam eſſe angorat Petrus Vitorius libro 25. capite tertio, vbi
hoc videre eſt.

Exiſtentia] Ut priorem ſententiam à Demoſthene, ſic hanc
à Thucydiſe acceptam, tradiſt Vitorius loco preallegato.

Polybius haudquaquam] Locus vbi hoc tradiſit, legitur ad-
huc in excerptis XVI. libri, prout id annotat Vitorius lib. 21. capite 1.
varia, leſt.

IN LIBRVM XXXI. HISTORIARVM T. LIVII, QVI

DECADIS IIII. LIBER I, DE BELLO MACEDON. VVLGO IN-
SCRIBITVR, ANNOTATIONES.Asses vestigiales
galica.Tridentius a
gen.Cynofer-
ges.

Pagi.

Celeritas i-
nimica con-
filiis.Tendere in
re militari
qd.

Ses vestigiales] Asses vestigiales *Livius* appellat, qui in iugera impositi sunt, restandi causa publicum agrum esse, *Celsus* lib. 10. cap. 2. lectionum antiquarum.

Tridentius, tabuliusq; ager] Tridentius ager dictis, quia pro tercia pecunia parte datur erat: Ex tabulis autem tabulies, annotante *Celsus* lib. 12. cap. 21. lec. antiqu.

Cynoferges] Cynoferges quis locus fuerit, preter alios luculent ex explicat *Erasmus* in proverbio ad Cynoferges: Nonnulla quoque de eo annotat *Budaeus* in prioribus ad Pandectas, & *Gyraldus* in historia Deorum.

Pagatim inhabitantes] Pagi apud *Cesarem* sunt regiones vi- niuerse & populi aliquius partes, de quo latius vide *Tornebum* lib. 9. cap. 7. & lib. 3. cap. 3. aduert.

Quam celeritatem] Preceps enim consilium inauspicatum esse solle, & vulgato sermone dicitur, & elegantius admonuit *Sophocles* apud *Plutarchum* in libello de garrulitate:

Oὐ δὲ τὸ Καύς τινος ἔρωτος ἀράμενος.

Vide *Erasmus* in proverbio: In nocte consilium. Tendentium ordine] Tendere in re militari, tentoria figere, seu papillones erigere significat, *Vergili* lib. 1.

Hic Dolopum manus, hic seus tendebat Achilles.

Sedentem Romanum debellatrum] Alludit ad proverbiū: Romanus sedendo vinces, quod competit in eos, qui tranquilli aris otiosi, tamen que volunt, efficiunt, aut qui non viribus, sed arte

rem gerunt. *Erasmus* ex his toria Fabij Cunctatoris natū arbitratur, qui Hannibalem iuueniliter exultantem sua patientia fregit.

Rhomphex Rhomphea framea seu teli longiorū genus, *Flaccus* lib. 6. Argonau.

Aequāq; (inquit) nec ferro brevior, nec rhomphea ligno.

Pisistratis] Id est, Pisistratum eiusq; filios, hi etenim ad 34. Pisistrati annos tyramnidem Athenis renuerunt, de qua vide *Aristot.* lib. 5. cap. 5. Politicorum, *Plutarchum* in Solone, *Institutionum* lib. 2. Cicero in epistolis ad Atticum, clementem tyramnus Pisistratum vocat: ut & Probus in vita Miltiadis eum tyramnum, sed iustū appellatum suis scriptum reliquit.

Atheniensis literis verbisq; Res pessime viderunt ad locum Deniosphenis, qui Arbenenses excitans ad ea, que plebis citius complexe sent, peragenda adiunxit: ἵνα μὴ πόνον τῷ φίλομασι κατέχειν τοπεύεται οἰνάπτη, λέγει τοῦ σεπος. Prout annotat *Victorius*. Nonnulla quoque ad loci huius illustrationem facientia annotat *Erasmus* in proverbio: Canes timidi vehementius latrant, et in proverbio, lingua bellare. Vera autē sortitudo neg, maledicta neg, minax est, id quod innuit *Homerus* lib. 5. *Iliados*.

Tὸ δὲ τὸ περὶ τοῦ κορεθείον θέμα πρότερον.

Αἴτιον τοῦ περιπέτερου λεπιδού.

Traiectorumq; incendium] Hoc simile de periculo ardenti vicine domus frequens fuisse & apud Latinos & Grecos scriptores, docet *Victorius* libro decimo sexto, variar. lec. capite decimo tertio.

IN LIBRVM SECUNDVM DECADOS QVAR-

TAE, QVI ALIAS EST LIBER XXXII, OBSERVAT:

Decoquere
quid?Intertrime-
tum.

Aliphera.

Trabeatu.

Purificatio-
nis ritus.

Iuno Acrea.

Ocasio nō
temere di-
mittenda.

Dars quarta decocta erat] Decocta, id est, diminuta. Decoquere enim paulatim diminuere significat, & coquendo absumere, ut annotat *Budaeus* in prioribus ad Pandect.

Intertrimentum suppleuerunt] Intertrimentum pro euanida argenti parte, accepit, que in excoccione deperit, *Budaeus* vbi supra.

Alipheram contendentibus] Aliphera urbs fuit Arcadia, que, ut *Polybius* tradidit, in summitate collis arcem, & aneam Minerua statuam, longe à ceteris specie ac magnitudine differentem habuit, que à quo, aut cuius sumptibus, quoque tempore erecta fuerit, etiam apud eius loci incolas in dubio fuit. Hinc Minerua Aliphera evocata est, ut Stephanus & *Polybius* tradant.

Trabeatus ad hoftem] Trabeati a trabeatis vestibus dicuntur, que tanquam quasdam discolores habent pannorum trabes. Ceterum trabeatari tria sunt genera, ut scribit *Suetonius*, unum quod Dijs sacratur, & est ornatum purpureum: alterum quod est regnum, quod etiam purpureum est, sed alio insectum: tertium est augurale, purpuro & coco mixtis insectum. *Bayfinus* lib. 1. de re vestiaria, cap. decimo.

Purgato loco] Quis purgandi ritus fuerit, explicat *Celsus* lib. ii. cap. 22. quem vide.

Iunonis quam vocant Acream] Iunonis Acrea meminit in octavo *Strabo*, *Pausanias* in secundo. *Euripides* quod in fabula *Medea* eam inducit, filios cesos ad eadem Iunonis Acrea deferre. Meminit itidem eius *Tertullianus* in libro ad vocem.

Satis exemplorum] Feliciter is sapit qui alieno periculo sapit, inquit *Plautus* in *Mercatore*. In eadem sententiam *Tibullus* Elegiarum lib. 3. Felix quicunque, dolore

Alterius disces posse cauere tuo. Et eiusdem sententia est illud *Greacum*: Εἴ τον τεύσω τοῦ μονού τοντού τοντού.

Nec expē nec diu eadem] Res pessima ad simulacrum occasionis quam antiquitus sic singebat: Volucili rota penitus insuffitentem peribus, vestigine quam citatissima semet in orbem circumagentem, priore capitis parte capilla hirsutam, posteriore glabram, ut illa faciliter prehendi queat, hoc nequaquam, unde dictum est, occasionem arripere. Ad quod eruditè & eleganter allusit is quiverisculum hunc conscripsit: Fronte capillata est, post hoc occiso calua.

Triumviri carceris Latomiarum rationē] Latomiae propria loca sunt, in quibus lapides ad aliquod opus excindantur, ut constat ex *Plauto* in *Captiis*. Quia verū in iis locis postquam vis magna lapidum excisa fuerat, carceres constituebantur. Ideo interdum pro carceribus accipiuntur. Eorum quoque mentionem facit *Livius* lib. 37. 42. *Seneca* declamationis lib. 9. & controveriarū lib. Tales etiam fuere Latomie Syracusane rotō orbe celebres, quas *Cicero* describit actione in *Verrem* 7.

Porcius Cato] Cognomen hoc indicat, satis obscuro parentibus *Porcius* ut qui porcos pasceret, natum esse virum clarissimum, de cuius gene- de re & familia *Gellius* quoq; lib. 13. cap. 18.

Vribus parcer quantum possent] Transumpta hac sententia videtur a *Polybius*, qui lib. Epitom. 17. inquit: Etenim ea differ- ence, quorum gratia bellum institutur, & bellum ipsum relinque- re, esse validissima in *sua* opus.

Caco etiam appetit] Hunc locum ex lib. 16. Historiarum Polybius deceptum, *Victorius* lib. 11. cap. 3. variarum lectionum ostendit. Simulq; annotat *Polybius* non virio dare *Philippo*, quid illo tempo- re luserit, ut hic facit *Livius*, sed potius laudat, quod quantius malis oppressus, proprium animi bonum tum oblitus non sit, insulsamq; vo- cem contumacis homini ioco risuq; confutaris.

Nicephorium] Venerem vnoq; habuisse templū apud Ar- venus Ni- gos, idq; ab *Hypemeistra* iudicio liberata, conditum, quod intende- cephorā: rat Dennis, quia ex prescripto *Lynceum* non peremisset, ex *Pausa- nia* annotavit *Celsus* lib. 11. cap. 13. lec. antiqu.

Compedes eas Græcia appellare] Differit aliquantulum à *Liu*, *Strabo* Geographia lib. 9. cum duas ex his tantum nō esse, ipsum vocare confusione affirmat, Chalcidem Eubœa, ac Corin- thum, cuius contumeliosi etiam dicti rationem assert, ostendens re- spexisse illum ad earum opportunitatem, quod inde in Græciam cō- mode incurri posset è Macedonia, vide *Petrum Victorium* lib. 12. ca- pit. 19. var. lec.

Velut fiduciariam dare] Fiduciam, inquit *Boerius* in *Topi- ca* Ciceronis, accipit, cuiuscum, aliqua res mancipatur, ut eam man- cipanti remcipet, veluti si quis tempus dubium timens amico po- tentiori fundum mancipet, ut ei, cum tempus quod suspicuum est, præterierit, reddat. Hac mancipatio fiduciaria nominatur, idcirco quod restituendi fides interponitur.

Vnam

Tabula no. Vnam de tabulis nouis] Tabule noue dicuntur, cum pecuniae credite obseratis condonantur, & nonne mox cooriantur tabule, quibus nomina continentur noua. Apud Acheniensis, statuente Solo-ne et curazela dicta: quam ad Aegyptiorum initiationem Diodorus

institutam scribit, apud quos institutum erat, ut eorum corpora, qui ciuitatis bellico vsu addicti forent, a creditorum violentia tuti essent, ne ob vstras corpora ciuium necerentur. De quo plura Caelius lib. 12. cap. 20. lect. antiqu.

IN LIBRVM XXXIII. HISTORIARVM LIVII, QVI

AB ALIIS DECADIS IIII. LIBER III. DICITVR, AN-

NOTATIONES.

Cercus.
Lemb.



Ecurisq; ac Lembris] Cercus inter actuaria nauigia recet Rayfus de re nauali. Sicut et lembos, auctoritate Linij Decad. 4. lib. 4. Virg. autem primo Georgicō, Lembos ponit inter fluminalia his verbis:

Non aliter quam qui aduerso foxe flumine lembum
Remigis subigit, si brachia forte remisit,

Atq; illum in praeceps prono rapiat alueus amne.

Liber.

Cereri, Liberoq; & Liberis Arnobius lib. 5. de Cerere à Ioue delusa in Tauri forma. Parit, inquit, post mensē viii. luctuanti filiam corporis, quam atq; mortalium consequens modo Liberam, modo Proserpinam nuncupauit, vide Ciceronem in sexta in Verrem actione, ubi scribit, rapiam esse Liberam, quam eandem Proserpinam vocant, ex Ennienus nomine, qui locus quid est in media Insula futus, vnde Sicilia nominatur.

Argentum in zonis] In zona viri nummos deferre solebant. Hinc Gracchus in oratione quam ad populum habuit: Itaq; Quirites cum Romae profectus, zonas quas plenas argenti exstulit, eas ex prouincia inane retulit. De hoc latius Bayfus de re vestiaria, cap. 17. Cætius lib. 22. cap. 19.

Acrocorin-

thus.

In Acrocorintho] Acrocorinthus ars fuit in vrbe Corintho ex celo monti applicata, vt scribit Plinius, tanta altitudine, vt in vtrumq; mare Ionium & Aegeum umbras iaceantur. Plutarchus in Arato, Acrocorinthum montem excellsum in media affurgere Greci asserti, que Stephanus Λαρνακη, Volateranus εορμη nominat. Papinius lib. 7. Thebaidos:

Iam proris Gradus equis Epis ea premebat
Litroru, qua summas caput Acrocorinthus in auris
Tollit, & alterna geminum mare protegit umbra.

Isthmia.

Isthmiorum statorum ludicrum] Quatuor agones seculudos Graecia celebrare est solita, Olympia, Nemea, Isthmia, Pythia. Quoru tres priores in Peloponese, Pythia apud Delphos peragebantur, Olympia quidem & Nemaea in honorem Iouis, Isthmia Neptuni, Pythia Apollinis. Inter hos Isthmij à Theseo in honorem Neptuni instituti sunt. Deinde Melicerte (quem Polymenon deum vocavere) ab Sipyo Aeo filio consecrati, historiam omnem diligenter in Atticis scribit Pausanias, & in Mythologis suis Higinus, Oxid. lib. 6. Fastorum. Cur autem quinto anno celebrari suavit, Solinus cap. 12. plurib; explanat, videlicet propter quinq; partes, in quas distribuita erat Peloponnesus, quarum etiam Thucydides lib. 1. meminit, et eius Scholastica late prosequitur. De Isthmij Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 8. Blondus lib. 2. Cætius lib. 13. cap. 17. Laclantius lib. 6. cap. 20.

Flaminii Greci saluator ita pronunciat] Vide copiosissime Plutarchum in Flaminio, Valerium Maximū lib. 4. cap. 8. Hinc autem quod Flaminius Grecos liberos pronuntiarit, Graeca saluator & defensor est dictus, responde Plutarcho. Valer. autem Maximus lib. 7. cap. 2. mercatores potius quam viatorē Graecia Flaminium dici putauit.

Lemmiscosq; facientium] Sic & Plutarchus scribit, sacrificanti Sylla oblatum ἀεὶ λόδη, laurea corona speciem duploverat

Etō κετη την πλεύρων, id est, lemniſciſ duobus propendentibus. Interpres vero pro lemniſciſ corymbos reddere maluit. Quid autem de lemniſciſ statuendū sit, docet Festus, & Cætius lib. 27. cap. 26. lectionum antiqu. Torneb. lib. aduer. 18. cap. 3. Ex Atheneo traditum lemniſciſ esse Syracuseū verbi, quo stricta angustaq; tenuia significetur, hinc a Cicero dicitur, palma lemniſciſ cat. pro Rofcio, & ab Aſtonio scriptū efficitur.

Et que iam dudum tibi palma poētica floret,

Lemniſciſ ornata est, quo mea palma caret.

Pylaicum] Quid pyle celebraretur. Pyle enim, testē Herodoto, Thermomē inuisus erat p̄ruptus atq; preceps, prætereā excelsus, cuius ad pyle.

itus muro munitus erat, quia verò calida aqua in ipsiſ fauibus, pri-
moq; adiutum, Thermopyla rotus locus cognominatus est. Triumviri Epulones] De his Triumviris Cic. lib. 3. de Ora-
tores. Sed ut pontifices veteres propter sacrificiorum mul-
titudinem tres viros epulones esse voluerūt, cùm essent ipsi à Numa,
vt etiam illud ludorum exulare sacrificium facerent, instituti. Ac
posterioribus temporibus septemvirolos epulones suisse, intelligi potest
ex Gellij lib. 1. cap. 12. Meminit etiam septemvirorum epulonum Pli-
nius lib. 2. Epist. ad Arrianum, & Lucanus lib. 1. cùm canit:

Septemvīrū epulifetus, Titij ſidales.

Curio Maximus] Curiones erant qui curijs presidebant, à Ro-
mulo instituti, curiarumq; suffragij creati, de quib; lib. 2. in Numa qui.
Dionysius: Assumpta itaq; Numa omnis dicini cultus institutione,
atq; conscripta, ea in otto diuini partes, quot erant etiam sacrorum
ordines, tradidit autem primam sacrorum configurationem trinum
cunioribus. His omnibus unus presidebat curio Maximus diuinus, cu-
ius autoritate, vt inquit Festus, ceteri curiones regabantur.

Omnibus residuis pecunij] Residua pecunias Lutius vocat Residue pec-
unias, quas per peculatum tui primores ciuitatis ad suos vñus dñe-
cunias. bant. Nam pecunie residua dicuntur, que delegata in vñum publicum, nec in eum vñus consumpta apud aliquem resederunt. Hinc cri-
men de residuis apud Iure consulto, adeo peculati simile, vt non
nunquam pro eodem accipiatur, Zasius in catal. legum ad L. In-
liam peculatus.

Præparatis omnibus ante ad fugam] Hannibal deferratis rebus ad Antiochum, quasi ad sacrum anchoram configit, à quo tam fuga ad Au-
tochum. humaniter exceptus est, vt sciam publicis farice & printasi negotiis adhibitus sit. Qua de re copiose leges Plutarchum in Hannibale, Sabellicum lib. 6. cap. 6. Meminit etiam Frontinus lib. 1. cap. 8. Iu-
nalius Satyra 6. Iustinus lib. 3. à principio.

A Conditoribus Carthaginis] De Carthaginis Africa & con-
ditoris plurimum varianti scriptorum sententia Philistius (vt refert
Ensebūs) scribit, Azaro & Carthagine Tyrijs circa annum mundi
3980. hoc est, annis ferè 470. ante Romanum Carthaginem suisse condi-
tam a Xoro & Carchedone Phoenicibus, annis 50. ante Illy captiu-
tem: Romani & Carthaginenses ipsi stradunt, eam à Didone ē Tyrō
profecta, suisse confractam, annis 72 ante Romam. Virgilis, Ovidius
et Silius poëta, eo tempore à Didone conditā, quo Aeneas capto Illo,
mox in Afriam nauigauit. Vide Solinum in Polibij. cap. 40.

IN LIBRVM XXXIII. LIVII, QVI AB ALIIS DI-

CITVR DE CADIS IIII. LIBER IIII. DE BELLO MACEDO-
NICO, ANNOTATIONES.

Lex Cincea
de donis.



Egem Cincaam de donis & mulieribus] Qua sententia legi Cincae fuerit Tacitus lib. 13. ex-
presius comonstrat: Patres (inquit) legem Cin-
cam flagitant, qua cauetur antiquitus, ne quis ob-
causam orandom pecuniam, donumque accipiat, li-
bro autem decimoquinto Oratorum licentia Cincaam rogationem,
candidatorum ambitus leges Iulias, magistratum avaritiam, Cal-
purnia scita pepererunt. Quidam eandem esse putant cum Titia, de

qua Ausonius: Iurisconsulto cui nubit altera coniunx,

Papia lex placuit, Italia difficult.

Queritis unde hec sit distincta, seminari ipse

Scantiniam metuens, non metuit Titiam:

Oratorem non solum gratum] Et hinc Plin. lib. 7. cap. 27. M. Porcius
Optimum Oratorem, optimum Imperatorem, & optimum quoque Cato Ora-
senatore, Sabel autem ex Neoterica lib. 7. cap. 3. virum iustum &
equitatis studiosissimum Catonem vocant.

Auri

Argentum factum & si
spatum qd
differant. **Auri & argenti facti**, quo ne plus signati] Argentum factum
in his torijs sepiuscule leichtatus, id esse videtur paratum, non ru-
de, sed elaboratum celeratumq. Nam que absoluta parataq; sunt, eru-
ditioribus dici solent, sicuti apud Martialem:

Tu factam tibi rem statim purasti: Distinguitur tamen à signa-
to, quod ex Liuī hoc loco cognoscimus, & Seneca, qui de beneficijs
primi inquit, Libentius dono argentum factum quām signatum.
Vide Cælum lib. 10. cap. 2. lectionum antiquarum.

Purpura quibus con-
cessa Ro-
ma. **Prætextati in magistratibus**] Quid prætexta fuerit supra
lib. 1. ex Bayso annotatum est. Ceterum quinq; generibus hominum
apud Romanos purpuram olim concessam fuisse legimus. Primo ipsi
magistratibus, deinde pueris, tum Senatoribus, quartu Sacerdotibus
in facijs peragenda, postrem triumphantibus, teste Plinio, quin
etiam viri clarissimi, rebusq; gestis insignes ac nobilitate, cum pur-
puratis vestibus ad sepulturam deferabantur, & ipse etiam vestes
cum eorum corporibus cremabantur, vt ex hoc Liuī loco appareat, &
ad hanc confitudinem reflexisse Virgilium in 6. videretur, cum de Mi-
seno mortuo sic ait:

Purpureasq; super vestes, velamina nota,
Conciunt.

Reprehendere. **Manu ipse reprehenderit**] Id est, retraxerit, Cælius lib. 25.
cap. 24. lectionum antiquarum.

Soliferreus] Soliferrarum & Phalaricarum Gellius
lib. 10. cap. 25. facit mentionem. Annotator eiusdem soliferreas genus
selli interpretatur, ex solidō ferro factum.

Sparus, **percutit**] Sparti meminit Gellius loco preallegato, in-
terpres ibi pro spata accipit Laurentius Vallenfis in suis annotationib;
ad Salutem de bello Catilinario. Sparus, inquit, est genus telis,
quovat ut rufiuti ad putandas arbores, & est oblongum, & in ex-
tremo incurvum, in modum pedis. Sunt qui lanceam sine ferro pu-
tent, aut lanceas, alijs fides, id est, hafilia non ferrata. Virgilus Ae-
neidos decimo:

Agrestesque manus armat sparus. Sparsa, autore Feijo, parvissi-
migenis sunt iacula, à spargendo dista, quod pugnando sparsa
gerentur.

Ad se vocari iussit Alij scripsisse eum singulis uno eodemq; die
tradidit, vt vrbium munimenta diruererit, bellum minitantem, nisi
confusum obtemperarent. Et sic nam quaque vrbium cum sibi
soli hoc crederet imperatum, omnium vrbium munitiones, qua in-
tra Belli fuerunt, uno (vt apud Polybium legimus) die solo equatas.
Vide Frontinum lib. primo, cap. primo, & Volater. lib. 14. cap. 2. vr-
ban.com.

Pluteus- **Vineis & pluteis**] Pluteum turricula in star in ariete fuisse,
ex Matrocotis Hegetoris Byzantij tradit Torneb. lib. 23. aduersar.
capit. 32.

Castellanis agrestibus] Helotas intelligi recte existimat Co-
lius lib. 25. cap. 10. Id enim sequentia in Liuio refertur. Helota verò
dicebantur Lacedamioniorum serui, ducto nomine, vt scribit Thucy-
dides interpres, à Laconia ciuitate, quam Helos vocant. Ceterum de
Helotis lege, que scripsissent Aristoteles politice, libro 2. cap. 8. Plato
Dialogo 6. De legibus. Plutarchus in Lycargo & Demetrio, Strabo
lib. 6. Athenaeus lib. 6. cap. 7. Suidas, & Iacobus Constantinus Fanen-
sis Collectaneorum cap. 77.

Tyrannus. **Nunc tyrannum vocari video**] Omnes (inquit Probus ini-
vitilli Milliadi) & habentur & dicuntur Tyranni, qui potestate sunt
perpetua in ea ciuitate, que libertate est viva. Cui Ariostoles conser-
vare videtur, qui Politicorum libro tertio, capite quinto, in hac de
tyrannide loquitur sententiam. Nos tyrannidem esse dicimus domi-
natum viuis, qui ciuitate proficit societati. Illud tamen addit, infra ca-
pito decimo, Tyranno in iuris imperare. Et libro quarto capite deci-
mo, Tyrannidem illam esse affirmat, que vi imperat, legi vlli nō sub-
est, & nō eorum quibus praefit, sed propriam pra oculis ac sibi propon-
itam habet veitatem. Plato quoq; Tyrannum principem eum esse
censuit, qui in administranda Repub. sua non ciuium utilitatibus rationem habuat. Polibius libro quinto, Tyrannum à rege discriminat, q*ui* ppe (inquit) Tyranni opus est malefaciendo sit cum terrore in-
iuris imperare, in iustis semper odio cum subditis versantis, Regis vero contraria benefaciendo vniuersis cum liberalitate atq; clementia sponte subiectos gubernare, in iustis semper benevolentia ac chari-
tate cum ciuib; viventis. Apud antiquiores, Reges tyranni sunt nun-
cupati, quamobrem Virgilius:

Pars mibi pacis erit dextram tetragisse tyranni.

Et Ouidius Metamorph. lib. 11. Laomedonē Phrygia. Tyrannum
vocat, nomine prius non inuiso, & vt quid exiūmis, à Syris Chal-

deisq; orto. De quo vide Cælum lib. 22. cap. 22. & Scholia stetim So-
phoclis in Oedipo Tyranno.

Quam pro patriæ sermonē] Vide Erasmum in Prouerbio Laconica
breuiss.

Sic ad secreta tegenda] De secretis tegendis vide multa pré-
clarè notata per Cælum lib. 13. cap. 5. lectionum antiquarum.

Fuerat sine muro Sparta] Idq; lego Lycurgi, qui præclarè di-
xit, oīv̄ ἔνας εἰ τε τοῖς πάνταις αὐτοῖς οὐ πλέοντες εἰσόδο-
μωις.
tu, nequaquam sine menibus ciuitatem dici, que viris, non lateri-
bus præcincta sit. Et Agesilaus citius ostendens armatos, Hac sunt, in-
quit, Sparta menia. In quam sententiam plures annotauit Cælius
lib. 26. cap. 32.

Ludicum Nemeorum] Ludi Nemei à Nemea stylua in Ar- **Nemica**.
chenori honorem instituti, tametsi à Molorcho, qui Herculem su-
sccepit hospitio, cuius filius à leone interemptus fuerat, eo encato, pri-
mūm institutos dicunt, in quibus maiorum imagines sicuti in fune-
bri pompa, longo ordine reprobentur, atque equorum cursu, simul
disco, cestu, & palestra dimicant, vñctoresq; a pro certare sole-
bant.

Loca Senatoria] Spectabant autem Senatores ex Orchestra, **Orchestra**
qui locus etiam exterarum nationum legis honoratoriis spe-
ctandi gratia dabatur, vt auctor est Tacitus. Dicla autem sibi Orches-
tra s̄o r̄ δρ̄ ρ̄ ουας, hoc est, à saltando, quid in eō gesticulatores, bi-
bri pompa, longo ordine reprobentur, atque equorum cursu, simul
disco, cestu, & palestra dimicant, vñctoresq; a pro certare sole-
bant.

Oscensis quingenta] Oscense aurum, ab Oscis ciuitate Hispa- **Oscense**
nia, quam auri, quam vel Oscis Italie populos, vel ipsam Italianam, fe-
raciorem esse confit, dictum esse videntur. Eius ciuitatis meminit Pli-
tarchus in vita Sertorij, amplam eam esse vrbē afferens, & post cum
Ptolemeus lib. 2. cap. 6.

Polybius scribit] Hunc locum Priscianus de figuris nominibus
numerorum citat, vi ostendat etalem sex millia deniariorum ha-
bere. Nam eum quingeni denarii pro mille ducēti captiui dari col-
ligantur, sexcenta millia deniariorum, centum ea offendit fuisse ta-
lenta Liuīus. Ceterum Elias Vinetus ibidem annotat, hic legi est pro
fit, quingenos pro quingentos, & earatione pro ex ratione.

Tetradrachmam] Ita legendum esse, & non tetrarchiam an- **Tetradrach**
notauit Budæus lib. 2. de aſſe, ex Cicero & Polluce, libro nono de ma-
vocabulis rerum ad Cominodum Casarem, qui auctor didrachmum,
tridrachmum, & tetradrachmum olim numismata fuisse tradit,
eunq; numnum ab Atheniensibus bouem appellatum esse, ab eius pe-
cudis nota, indeq; facta ab Homero arma Hecatombæ, & Ennea-
bae: Ceterum quod hic Liuīus ait tetradrachmam trium denario-
rum esse, id quoq; emendandum censet Budæus, ac pri trium legen-
dum esse quatuor, quod denarij & drachmae primis cuam appellatio-
nen habeat, scutis autoritate Plutarchi & Plini, adiorumq; scriben-
tium concordia. Porro verò tetradrachnum pro tetradrachma scri-
bi admonet Elias Vinetus loco preallegato. Nam neutrius generis
nomen est, τετραδραχμον, quod quatuor drachmas significat.

Demetrius regis Philippi filius] Hunc ob fidem suscepimus Demetrius.
Romam misit, quo quidem facto, ipsum commodissime vñcti tem-
pore & impenditibus occurrisse periculis liquet. Vide Volateranum
libro 3. cap. 8.

Fortuna primigenia] Meminit huius eiusdem & ipsa Li- **Fortuna pri-**
migenia lib. 43. Plutarchus, Primigeniam ait, Fortunam Romani colue-
runt, & causam hanc assert, an (inquit) Seruio ex serua nata Ro-
ma summa cum laude & splendore imperare contigit, vt pleriq; ex
Romanis existimat. An illud magis quod fortuna vrbis & imperium
& originem preficit, an altior quadam (inquit) ratio, & magis à
natura ex media deprompta philosophia.

Immiseri in cauea] De eodem instituto Pedianus in Corne-
lianam, atq; ad eip̄ etiam Cicero in oratione. Ut autem tum Se-
natores ab equitibus & plebe: sic possea equites à plebe secreti sunt.
Spectabant enim Senatores in cauea, qui locus ad theatri radices
scene proximus erat, inde proximi quatuordecim theatri gradus, vt
commodiores sic honestiores habebantur, in ijs autem & in ceteris
plebs cum equitibus spectare solita erat. Post autem lata lex est, vt in
ijs equites virg. confident, confusè tamen, Tacito auctore, cum ple-
be. Hanc autem legem talit L. Roscius Otho Tribanus plebis, vt est a-
pud Dionem, alienavit autem à plebe, equites sibi adiunxit, hac
lege Roscius quo factum est, vt cum quinque milia post Ciceronem con-
sule, dum ludi caderent, in Theatrum veniret, à plebe maximo stre-
pitu, ab equitibus ingenti plausu, exceptus sit.

**Poederum
triagenera.** Tria secederunt genera] De hisce superioribus adnotati vide.
**Carthaginis origo &
nomen unde.** Byrsa cum secederunt suam] Dido cum fratrem suum Pygmalionem,
qui maritum eius Sicheum interfecit, fugeret, collista ingenti
multitudine de Tyro, que pars est Phoeniciae regionis classe in Africā
venit, ynde cum ab Hiarba rege pelleretur, calidū petat, ut ei vendere
ret tantum terra, quantum posset corium botis tenere. Quod cum
ille promissus, corium in tenuissimis corrigias scutum retinēt, occu-
panitq; s. adia 23, que tria millaria consistunt. Atq; ita vrbem con-
didit, que primū Byrsa appellata est, à corio bonis. Nam byrsa signifi-

cat corium bonis. Postea autē Tyros dicta est, postrem Carthago
vocata à Cartha oppido, ynde fuit Dido. Huius historie meminit Vir-
gilius lib. i. Aeneidos, ubi vide eum & Seruatum in annotationibus.

In re praetenti] In rem presentem olim rurum veniebant, cum lo-
cum oculo ac digito designare solebāt, ut hodie cum auris ex pro-
nuntiat, aut inter litigantes conuenit, agrum quem controuersum
facere volumus, aut reo designari, aut testibus per inquisitorem de-
monstrari certis finibus circumscriptum. Vide Budeum in prioribus
ad Pandectas.

IN LIBRVM XXXV. QVI AB ALIIS DECADIS

IV. LIBER V. DICITVR, ANNOTATIONES.

Transcribe
re nomina.



Omina transcriberent] Transcribere inquit
Budeus, in libris censualibus dici debet, cū res cē-
stas ab uno nomine in aliud transfertur, quod vul-
go super alium onerare dicunt.

Feralia.

Feralia dicta, cum cerebant epulas ad

sepulchra, Varro.

Proferenter.

Proferenter] Id est, faterentur. Est enim profereri inter cate-
ra quoq; fateri, vt proficer me Grammaticum & Philosopnum, di-
cimus. Aliás verò proficeri est in bero nomen suum inscribi. Nam mos
erat, vt qui magistratum peterent, omnes ante proficerent, id est,
in bero nomen suum inscribi, vt in comitij magistratū petere pos-
sent, qua in significazione vñs est Cicerō pro Plancio.

Rara admira-
tioni sunt.

Aſſiditus in oculis hominum fuerat] Rara admirationi-
sunt. Hinc Lucretius lib. 2. preclarè script:

Nil adeò magnum, neq; tam mirabile quicquam,

Quod non paulatim minuant mirari omnes:

Vnde & vulgo dicitur: Contemptum frequenter parit.

Tarentini
equites qui.

Quos Tarentini vocant] Qui Tarentini equites fuerint,
accuratè docet Aelianus non longe à principio libri de insruendis a-
ciebus, ostendens duo genera Tarentinorum esse, quorum alijs longius
iaculentur, & ob eam rem equites iaculatores dicuntur, alijs verò
cum semel aut bis iaculum misérunt, quo leviore vtuntur, manus de
cetero cum aduersario confrant. Plura de his annotauit Victorius
lib. 9. var. lxx. cap. 3.

Callida co-
filia.

Confilia callida & audacia] Alijs legunt calida, per vnicum
l. & sententia quidem Erafini rectior, licet vñrag, loco retineri pos-
sit, vt hoc ad festinatum confilium, illud nimis astutum referatur.

Siquidem vñrag, parum feliciter eueniē solent; vel quæ nimium
calent, id est, que precipitantur in fliruntur, vel quæ nimium au-
daciis aguntur dolis. Porro qui calidum legunt, Græcam figuram
agnoscunt, quoniam θερμὸν Aristophanis interpres in Pluto expo-
nit θερμὸν, τολμητὸν, εὐνυχὸν. Erasmus in proverbio: Ne nimium
calidum hoc sit modo.

Lanistis Aetolis] Lanis & gladiatorum magistri atq; in situ Lanistis.
tores dicebantur, vt annotat Budeus in prioribus.

Chalciccon] Ita legendum esse admonuit Cælius lectionum Chalcic-
antiquarum lib. 19. cap. 8. Chalciccon autem, vt Suidas scribit, Mi-
tueria à Spartanis appellata est, quod οἶνος χαλκέος, hoc est, adem a-
ream habebet, vel quod Chalcidenes excules ex Eubœa, eam constru-
erant, meminit eius in primo Thucydides, Aelianus in varia histo-
ria. Aenilius Probus in vita Pausaniae.

Amarynthidis Diana] Dicta est Diana Amarynthis ab Ama-
ryntho vñco apud Eretium, vt Strabo lib. 9. estatutur. Stephanus verò this Diana.
atq; oculi, de quo Eraſmo in Adagj. Meminit & eius Ariftoteles in
3. Politicorum.

Hicvit exitus] De Hannibalis morte diuersas historicorum
opiniones, lege apud Plutarchum in eius et Quinti Flaminij vita, Iu-
uenale Satyrā 10. Sabellicum lib. 6. Ennead. 5. Iulium Obsq. cap. 3.
prodigiorum. Volateranum lib. 14. cap. 3. Vrbani comment. Annibal-
lis verō mortui corpus posuit apud Libyssam Bithynie vicum,
in area lapidea, in qua inscriptum erat: Annibal hic ſitus est. Autor
Plinius de viris illustribus. Petrus Bellonius Cenomannus de admira-
bili operum antiquorum, & verum ſufficiendarum prefiantia li. 1.
cap. 33. de loco ſepulchri Hannibalis, quem se vidisse ait, hoc ſcripta
reliquit: Monumentorum (inquit) etiamnum circa Nicomediam,
infinitus ſe cernitur numerus, in quels Hannibalis ſepulchrum vi-
di, in Libyssa Bithynie vrbē, quo nunc Diacibe vocatur, & mari ab-
luitur. Vrbis huīus ruine ſuperfunt, in quibus tamen nemo habitat.
Colliculus illic est manib; circumdatuſ, arecē in iugo ſitam ha-
bēns, in qua Hannibalem ſepulchrum ſcribunt. Hac Bellonius. Meminit
eius ſepulchri Plinius lib. 5. cap. 32.

Mortem ſenātū] Annū ſequideſ ſeprageſimū tunc egit, vt
Aemylius Probus in eius vita testatur.

Funeri ſuo exiliū indixit] Nam ut & ſuperius vidimus,
Linterni, vel Aminturni, vel Antonius vocat, moriens, ab uxore pe-
nit, ne corpus ſuum referetur Romam, & ſepulchro ſuo inſcribi iuf-
fit: Ingrata patria ne offa quidem mea habes, vt refert Va-
lerius lib. 5. cap. 3. Orosius lib. 4.
cap. 20.

H 3 IN

IN LIBRVM XL. QVI AB ALIIS DECADIS III.

LIB. X. DICITVR, ANNOTATIVNCVLAE.

Parilia.

Pridie Parilia] *Parilia vel Parilia, Palis de solennitas. Dies yrbi Romae natalis fuit XII. Cal. Maij. Parilia vero, ut Virgo scribit, dicta à Pale, ut Corelia à Cerere. Parilia vero, ut alij volunt, quoniam pro partu pecorum Pali Dea sacra siebant.*

Liberos eorum tollere] Respicit ad vulgatum proverbum: *vñ pñt oīs πατέρα νείρας παιδας γνωστοι. De quo Erasmus in proverbio: Stuleus, qui patre casu liberis percepit.*

Celestina.

Ad hortationem remigum] *Hortationem vocat, quam & Latini Graeca voce Celestina dicunt. Hoc verò in nauibus classiaris assa voice interdum, interdū tibia canebatur, ita ut remiges pro modulorum atq. harmonia & ratione concitarent, vel inhiberent remos. Hinc Celestina est, qui remiges hortatur, quasi navigationis moderator, qui à Plauto Latine dicitur hortator. Budens in prior. annot.*

Libitina.

Libitina tunc vix sufficeret] *Celius lib. 29. cap. 18. notat, Libitinam non sufficeret dici, cum morientium via magna est. Accidens lib. 5. cap. 25. notat Libitinam defunctorum presidē, licet Acron Horatianus interpres scriferit, Libitinam lectum, quo mortui effrantur. Sed de Venere Epipyrrhe Libitinam dici autor est Plutarchus, prout Celius latius docet lib. 29. cap. 18. Vota Libitinariorum leguntur apud Senecam lib. de beneficis 6. Et verò sunt, ut complures moriantur. Hinc apud Horatium Libitinam vitare dicuntur, qui se immortalitati vendicant. Fuit quoq. Rome Libitinensis porta, qua efferebant caduera, quoniam lege cautum erat, ne quā in urbe sepe lirebatur. Huius Libitinensis porta meminit in Cōmodo Lampridius.*

Scribam eum questor] *Questoribus enim, editibus atq. praetoribus hanc facultatem fuisse, ut scribas legenter eosq. in decisariis vel posterioriorum, vel editiorum, vel præteriorum, propterea letri essent, transirent, non obsecrè innuit Cicero in Cuentiana, ubi de Matrio scriba loquitur.*

Tempus omnia con-

Pertabent tot annorum] *Tempus enim omnia consumit, Hinc Plato: Αἰών τεῦμ φέρει, δοκίμης ζεῖσθαι δὲν αὔξειαν*

iuuit.

Victimarij. A victimariis] *Victimarii sacerdotiū ministri erant, qui victimas legabant, & cultrum, aquam & molam parabant, & reliqua que sacris necessaria erant. Meminit eorum & Valerius lib. 1. cap. 1.*

Suas ornari prouincias] *Non solum ciuii decernebantur à Senatu prouincie, sed etiam post legem curiatam ornabantur, hoc est, sumnum consilium statuerat, quo viario, quo comitatū de publico insfructu magistratus in prouincias proficiunt, & si prouincia tuenda armis essent, quot legionibus rem gerere deberent. Postrem Senatus de aliamentis, vestitus, & stipendio exercitus prouidebat. Argumento cfr. pistola Cn. Pompeij lib. 3. historiarum Salustij, quas quis legionibus fitmentum, stipendum à Senatu poscit & flagitat. Extat item huius antiquitatis memoria in Epistola Cœli, ut etiam Zanofcius lib. 11. de Senatu Romano.*

Fortuna questris.

Fortune equetri] *Meminit huius libri & infra lib. ab hoc secundo. Huius verò adem syfonyl ad theatrum lapideum suisse Virtuus in tertio scribit. Quare mirum, quod Cornelius Tacitus, alias antiquitatis diligenterimus, in terrio scribit, Romæ fortunam equestris non fuisse.*

Rex sacrifici-

cus. Reges sacrifici] *Rex sacerorum, qui & rex sacrificius dictus*

est, à Romanis institutus, Junio Bruto & M. Valerio primis consulis, cum Romæ reges exacti essent, ut Plutarchus in questionib. tractat, propter sacra quedam, que per regem tantum celebrari decebat. Rex tamen iste pontifex maximo subiectus erat. Huic vxor regina sacerorum dicebatur, que quoties sacra ficeret, ex malo Panico virgini, quam Inarculum vocabant, in fulle loco deferebat.

Publicè latine loquerentur] *An de Latino sermone, qui paucis doctioribus erat in vñ, aut de co quā omnibus erat promiscuus, Litus intelligit. Sic & Iuvenalis Satyra 11.*

Plebeios calices, & paucis apibus emptos:

Porrigit incultus puer, atq. à frigore turus

Mon Phryx, aut Lycius, non à mangone petitus

Quiquam erit, & magno cum poscis posce Latina.

Non mediocrem Romanus iniuriam fecissent Cumani, sed ea lingua publicè loqui voluerint, quam illi non omnibus suis imperirent, sed primi ciuitatis priuatis sibi vindicarent. De qua re videlicet differentem Franciscum Moridum, Sabinum cap. 1. lib. 2. succisiuarum lettonum.

Coronas aureas] *Gellius lib. 5. cap. 6. Triumphales, inquit, coronae auree, que Imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur, id vulgo dicitur aurum coronarium. Seruins autem lib. 8. aenei-*

coronae

publicos aurum coronarium esse ait, quod vñstis genit. ob concessam vi-

ronarium.

tam imponebatur. Que sententia Zafio in catalogo legum antiquarum minime placet, quod aurum coronarium non tam à vietiū ciuitatis quam scōcijs atq. liberis dabatur. De hoc titulus est circiter finem lib. 10. Codicis, vñi vide Cuiacium de auro coronario. Meminit eius & Gellius lib. 12. cap. 23. & ibi vide Scholias.

Quot annos nat] *Ante hanc legem frequenter erant inuenies, Annaria in quib. maxima virtus enituisse, populo Romano concedeente consu-*

la.

lētum, & reliquos magistratus assequebantur, ut id Cicero quinta philippica affirmat. Ceterum quia, quis cuiq. magistratuī petendo legitimus annus est, nominatum hac lege expressum non inuenitur. Quid Manutius legendi obserbarit, vide apud eum in lib. de legib. Ro-

manis. Appellatur aut̄ hec lex etiā annaria, auctore Festo, vnde Lampridius in Cōmodo: Post hec venia legi annaria impetrata, consul factus est. Vide de lege annaria Petrus Crinitum, lib. 8. cap. 13. de honesta disciplina. Maioragum cap. 4. de Senat. Rom. & Zanofcius de Se-

natorum etate quam plurima disputantem. lib. 1. de Senat. Romano.

Amiticias immortales] *Propter huc hanc sententiam citat Erasmus in proverbio: Amiticias immortales esse oportet.*

Proscenium] *Proscenii locus erat, auctore Budæo, ante scenam porrectus, vñi pulpitum excitatum erat, quo actores fabularum pro-*

sceniam.

por dirent, ita ut scena altera pulpitum esset, pulpitum aliud Orchestra. Sunt qui proscenium dicitur esse putant à Nannio Proscenio mētricula, ea siquidem cultiva exquisitiusq. aureis fulta ornamentis, formosa grataq. puella speciem presebat, verum exuta turpissima non aucto caruit. De quo vide notata per Col. lib. 16. cap. 5. lect. antiqu.

Larium permarinum] *Qui sunt, ut verus Lexicon interpre-*

Lares per-

tatior deo dianis, vñi annotat Torneb. lib. 20. aduers. cap. 35. Gy- maradus historie Deorum Syntagmate 15. putat, quod ut antiqua do-

mibus publicis priuatisq. ac compitu Lares, ita etiam nauibus at-

tribuissent, vnde sint permarinim lares.

IN LIBRVM XLI. QVI ALIIS DECADIS V. LI

BER. I. DICITVR, ANNOTATIVNCVLAE.



Vintanam] *Scilicet portam, que & Quintanis dicitur.*

Questorium] *Tabernaculum Questoris, sicuti prætorium, tabernaculum prætoris.*

Sanqualium] *Quam quidem obſtrigam vobant. Sanqualem autem atque immuſſum augures Romanos in magna queſtione habuiffe, auctor est Plinius libro decimo, capite ſe-*

ptimo.

Prytanum] *Prytanum propriè dicebatur, quod in ea tritum seruaretur, quod Greeci τυρεῖν dicunt, quāsi πυρεῖν aucto- r. est Plutarchus, Cimonem Atheniensēm liberalitatis animi prealti domum suam ciuibus fecisse τυρεῖν κοινῶν. Vide Celium lib. 13. cap. 32.*

Iouis Olympij] *Sic Iouem cognominatum esse, auctor est Dio- dorus ab Olympo prefetto, abs quo ingenij cultum acceperit, Calius lib. 20. cap. 13. lect. antiqu.*

Non laqueatum auro] *Id est, non tantum habens laquearia aurata, fed etiam ipso parietes auro incrufatos: Laquearia enim superioris edifici paries conuexa dicuntur, à nomine lacū, propterea quid tignorum interna quandam lacū speciem præbere videantur. Cfr. lib. 2. de legib. Magnificaq. villas & paumenta mar morea & laqueata tecta contineo. Vñi Torneb. laqueata, tecta ele-*

ganti lacunari ornata tecta exponit, quod pingebatur inaurabatur-

que. Lucretius: Non Cythere reboant laqueata aurataq. templ.

Glarea extra] *Id est, minutissimi lapillis, qui fluminorum ripis Glarea,*

vel mari littoribus reperiuntur.

Ianos

Iani. Ianos tres faciendoſ. Iani plurali numero vocantur adiſia quadriformis et peruvia, ſeu ſtrata illa & lapidea, ſeu ex materia pro tempore excitata. Sic Suetonius in Domitiano: Et forū (inquit) porticibus tabernis, claudendis & Ianos tres faciendoſ. Hac reverenda, que & Cicero libro 2. de natura acorum ſcribit. Cumq. (inquit) in rebus omnibus via habent maximam primam & extrema, principem in sacrificando Ianum eſſe voluerunt, quod ab eando nomen datum eſt, ex quo tranſitiones peruvia Ianis, foreſq. in limitibus profa- narum diuinum ianum nominantur. Hac Cicero.

Marginare. Marginandaſq. Id eſt, ut viarum margines & extremitates integræ, farta teatq. coſtruarent, veldilapſe reficeretur. Sic mar- ginaſta tabula apud Plin. lib. 35. ca. 12. que marginem habet ampl.

Sardivena- les. Cœſa aut capta] Tantum capitiorum Gracchus adduxiſſe ſcri- bitur, autore Plinio de viris illiſtribus, vt longa venditiones in pro- uerbiuſ venirent. Sardi venales: Cuius prouerbiuſ ratione Plutarchus in Romanorum problematiſibus aliam tamen adſert. Nimirum olim

incloſiſſe morem apud Romanos ſolennem, vt qui ludoſ in Capitolo ederent, Sardos venales pronunciareret, prodiretq. puer quiſpiam, per ludibrium monili cinctus, quam bullam vocant, eumq. morem hinc ortum putat, quod Veſtētes olim diu cum Romanis bellum geſiſſent, quodq. vrbem horum poſtrem Romulus expugnaffet. Vnde & re- gem ipſum & multos captiuos Roman deduciſſerat, venales pronun- ciat. Porrò cum Lydi ab initio fuerint Hetruscī, Lydorū autem ca- put erat Sardis, inde factum ut Hetruscī Sardorū nomine pronun- ciari venales. Huius autem prouerbiū meminit Cicero quoque lib. 7. Epift. fam. & explicat Erasmiſ in Chiliad.

Sardinia inſula forma erat] Inſula eius longitudine in Stra- boli. ſ. facit milliariorū 220. Latitudine 98. Ptolem. autē multā longio- rē fecit quā ſit latā. Eorum enim littus 188. mille paſſū longitudinis haberet, max. latitudine 122. in mille paſſū exiſtentē, in cuius ſentēria quog. eſt Melia li. 2. ca. 7. circa ſinē. Eſt autem hac inſula à Sardo Her- culis filio ita dicta, vt Silius Italicus li. 12. & Solinus ca. 10. tradunt:

IN LIBRVM XLII. QVI ALIIS DECADIS V. LIBER SECUNDVS DICITVR, ANNOTATIVNCVLAE.

Pullalana. Instrumento militari ornabantur] Vide nota ta ſuperius lib. 40.

Lana pulla] Id eſt, Fufca in nigrum vergens, cuiusmodi eſt, & terra color qui Petrus dicitur, Vergil. li. 3. Georgicorum: Ne maculis inſuſcent vel tera pullis, id eſt, nigra, ut inquit Servius.

Pomptinum omne] Paludem Pomptinam intelligit, quam alijs Satyram appellant, alijs verò Pontinam ſcribunt, de qua Virgiliius Aeneidos ſeptimo:

Qua ſaturni aſter atra palus, gelidusq. per imas,

Querit iter valles atq. in mare conditū Vſens.

De hac Palude vide Cælium lib. 19. cap. 25.

Aēdem Iunonis Moneta] Juno Moneta vnde dicta ſit, vide ſu- prā lib. 7. ab urbe condita.

Martem communem] Homerum hoc eſt. Is ſiquidem Ilia- das e. inquit,

Zwōδs ēvudai. 3. tektukov̄a ḥa tētēta. id eſt,

Communis Mars, inq. vicem perimit perimenterem.

Vide Erasnum in prouerbio, Omnia rerum viciſtudo eſt, & in prouerbio: Mars communis.

Cirrha. A Cirrha vrbis eſt in Phocide, ad radicem Parnassi mon- tis, Plinius lib. 4. cap. 1.

Latrones.] Conuenienti eos nomine appellat latrones, ſiquidem illi ſunt, quiſſe prede hominum vita inſidiantur, quales ſunt graſſatores & viarum obſeffores.

Lautia. Loca, lautia acciperent] Lautia que dicantur ſuperius dictū eſt, & ſunt à Plutarcho in questionib. Romanis interpretata, hoc ve- ro prioribus adiſciendum. Gracia ea xenia appellata, vt fit à Demo- ſthene in oratione de legatione, Xenia enim Philippi regis legatis Athenienſium data ſic vocauit, id quod & alicubi Plutarchus, quin & eodem modo vſus eſt App. cū ſcribit Phaneam, qui cum Scipione na- uigauerat, à Senatu ſuſcepturn, xenijq. quām pluriſim donatum.

Pella. Pella in vetere regia] Huic ſitum inſpi. lib. 45. Liuinus deſcri- bit, Strabonis Epitome. Pellam initio paruū oppidum ſuſſe aſtruit, ſed in ea enutravit Philippus, & ampliorem et illuftriore reddidit. Hec Alexandri quoq. Magni patria fuit. Vnde Iuuenalis:

Vnus Pelleo iuueni non ſufficit orbis.

Clara quoq. eſt Euripidis ſepulcro: cuius Politianus yno verſu e-

legantissimè meminit in Nutricia ſua,

Quemq. tegit rabida lacerum pia Pella molofis.

Alcidā] Minerua Alcidā à Macedonibus cognominata eſt, haud Minerua dubie ſed rīs dāxen; id eſt, robore, virtute, et fortitudine, ſicut et Her Alcides.

cules ab ea dictū eſſe puratur.

Duo erant agemata] Arrianus quoſdā in equites in Alexandri Agemata, exercitu ſariffophoros appellatos tradiſſi, ſicut et nonnullos qui dice- rentur amici. Nec non alij equitum que dicatur agema, quanquā & de pedicibus dici ſunt, neq. reſtratur idem Arrianus, vt notat Cælius libro 21. cap. 31. Qui verò hīc cetrati dicuntur, Græci ſunt Peltastæ, Cetrati. Cælius li. 10. ca. 4. Secuto protetū modico, et lanceas proferentes haud ita longas, idem lib. 21. cap. 18. De his etiam ſuperius nonnulla anno- tātiū.

Equirumq; ſacrificia] Sic Cælius lib. 9. cap. 23. annotat, Theſſalica. bis ſuſſe iēpō kōpō, id eſt, ſacrificia cohortē, quam Gorgidas inſtitue- ri, primus ex elec̄tis viris, hoc eſt amatoribus, amatiq. ut volue- re nonnulli, quando hic eſt ad robur nexus potens.

Equites ſeminariū ſenatus] Equeſter enim ordo quaſi gradus ad Senatoriū erat. Aelius quoq. Lampridius multis pōſt annis euera Repub. idem Alexandrum Seuerum Imperatore dixiſſe narrat, Nunquam (inguiens) libertinos in equestre locum rededit, afferens Se- natorum ſeminariū equestre locum eſſe. Hinc & Festus, Adlecti di- cebantur, qui ob inopiam ex equeſtri ordine in Senatorum numerū affumpiſſant.

Ceftrōphendonis] Ceftrō misili geniſ, quod Itali, autore Ceftrō Cælio lib. 27. ca. 4. culum vocant, id Perficio bello inuentum arbitra- tur ſuſdas, de quo & alijs generibus telorum Petrus Crinitus lib. 13. cap. 6. de honesta diſc. Torn. lib. aduersariorum 20. cap. 31. Ceftrō Gra- ciū verutum ſignificari tradiſſit.

Iouis quem Nīceum vocant] An Nīceus à victoriā, id eſt, vī. Jupiter Nī- ceus dicatur, an à loco, dubitat Gyraldus. Idem tamen cum Ioue vīto cœſus. re effevidetur, quiſta cognominatus eſt, quid omnia vincere putare- tur, vī Linus ſub. lib. 10. ſcribit, Papyrion in ipſo diſcrimine, quo tem- pli dij immortali bus vōueri mos erat, vōuiffe Ioui Victorī, ſi legiones hoſiū ſuſſerit. Ioui verò Victorī diem Feſtū Romani celebrarunt idib. Aprili, qua de re Onidius in Faſtis:

Occupat Aprilis Iduſ cognomine vītor
Iupiter, hac illi ſunt data tempora die.

IN LIBRVM XLIII. QVI ALIIS DECADIS

V. LIBER III. DICITVR.

Recuperato- res. **R**Vnos Recuperatores] Hi ſunt qui poſtea iudices delegati à recentioribus appellari copti ſunt. Daban- tur autem à praetore, poſt iudicium conſtitutum, ut annotat Budaeus in posterioribus ad Pandectas.

Patroni qui. Patronosq; Qui eos defendent. Qui defendit alterum, inquit Aſconius, aut patronus dicitur, ſi orator eſt, aut aduo- catus, ſi aut tuſ ſuggit, aut prefentans ſuam commodat amico, aut procurator, ſi negotiū ſuſcepit, aut cognitor, ſi praefentis cauſam ſuit, & ſic ruetur ut ſuam.

Viceſima. Viceſimas vendere Hispanos] Variæ viceſima hinc inde ab autoribus memorantur. Erat enim viceſimarerum venditarum, qua

ad diſcum pertinebat, de qua Plinius lib. 7. epiftolarum, & Iacobus Ra- nardus libro 3. Variorum cap. 16. Fuit & viceſima eorum, qui manu- mitterentur introducta ex lege Manlia, de qua ſuprā libro 7. Hauius meminit & Cicero ad Atticum lib. 2. quānius Blondus in ſua Romā triumphante, ybi de rectigalibus diſputat, nescio cuius autoritate ſte- tus, Ciceronem in eo loco de viceſima quadam loqui ſcribat, quam ex reſumentaria Latini Romani preſtitirint. Fuit & viceſima he- reditatum, introducta ex lege Iulia vel Papia, qua cautum erat, vt ſi quib. hōres extraneū institutus fuifſet, is priuſquam here- ditatem adiret, viceſimam eius partem Fisco daret, qua lege filij & proximiōres hōredes non renebantur. De qua Alciatus libro

H. 4. diſfun-

dissolutionum 3. cap. 6. Zafius in catalogo legum antiquarum de legi Iuliavel Papia de maritandis ordinibus. Hanc Gratianus Imperator, vt tradit in gratiarum actione Antonius, penitus suscepit. De legis autem vicefina primus scripsit Iuris consultus A. Offilius, autore Pomponio de origine iuris.

Ampliati qui.

Bis ampliatus.] Ampliati sunt rei, quorum damnatio vel absolutione differunt, aut quia coram sistenti sunt testes, aut quod nonnulli plausi liquet, aut de criminis, aut de parte modo. De quo latè Budens in prioribus annotat. Magnaverit disputatio est de ampliatis & comprehendendis, de qua vide Manutius in libro de legibus Romanis: Robortellum libro 2. emendationum cap. 25. 26. & 27. Nec contemnenda sunt ea, que annotavit Torneb. lib. 1. aduers. cap. 3. que & superius restulimus.

Furius Præneste, Matienus Tybur.] Id propemodum est: Ex quibus à fereni migrae Saburra. Sed enim urbes erant aliquot Latinorum, in quas exili causa solum vertere ius erat, iam inde ab ultima propè antiquitate. In quibus binae numerabantur, ut ex Hylcarnasse tradit Torneb. aduers. lib. 16. cap. 21.

Potentes compellare.] Compellare pro accusare hoc loco ponit, Torneb. eodem loco annotat.

Compellare pro accusare.

Cum quibus connubium non esset.] Hos quidam Latini conditionis sufficiunt. At feruorum in numero fuisse Torneb. existimat, quod hic Luius eos manumitti Senatus placuisse scribat, quo significari ingenuos non sufficeret, & quod ea colonia Latinorum Libertinorum appellata sit.

Sagulum.

Sagula.] Vestes militares Virgilii: Virgatim lucent sagulis. Tacitus de moribus Germanorum: Nudi aut sagulo leues, nulla cultus iactatio. Et paulo post, Tegmen omnibus sagum fibula, aut si defit, spina confertum.

Terminalia.

Post Terminalia.] Terminalia feria in honorem Terminali dei, finium custodis, instituta, que postridie Charistiorum celebribatatur, de quibus Onidius in Fafta. Varro dicit, hoc Festum celebratum suffit pridie Kal. Martia, nisi cum intercalaretur Febrarius, tunc enim sexto à fine solitum fieri scribit, quanquam ait tum quinq; inferiores dies ei mensi deni solitos.

Sors cernit.

Priusquam id sors cerneret] Sors cernere dicitur, cum eius alea aliquid permittitur, ut id disceperet, ut census sit, quem dijudicatur, Torneb. lib. 16. aduers. cap. 21.

Prætorum potestas.

Prætores quibus & visi imperij minor.] Consules enim duodecim fasces praeserebant, prætores urbani binos, prouinciales senos. Hinc prouinciam prætorum Polybius. Στρατηγοι solet vocare, quia si cui sex securis preferantur, & imperium propriè consulium fuit, prætorum iuris dictio. Verum qui, quod vtriusque ius fuerit, latius scire voleret, leget Commentaria Onuphrij in lib. Fafta.

Censui censendo legi dicere.

Censui censendo] Legem censu censendo dicere, pro censu agendo, & similiando, cijum fortunis & facultatibus vetre dicendi formula ut parvaut, annotante Torneb. lib. 3. cap. preallegato.

Adiurare.

Hæc adiurarent.] Id est, hec iurarent, aut præterea iurarent. Id enim est adiurare. Cicero pro Flacco, Illud quaro sint ne ista prædicta censu censendo.

Gratiosa misericordia.

Gratiosa misericordia.] Id est, per ambitionem & gratiam imperata, ut Torneb. eodem loco exponit.

Ambitionis Conspicere.

Non consulibus sed ambitionis consulibus.] Id est, quivel fauore vel accepta mercede agerent. Sic & ambitionis decretum dicuntur, tam que gratis quam ea que accepta mercede contraria & aquam in alcuna fauore a iudicibus interponuntur, L. 6. §. 2. ff. ad S.C. Trebell. Sic ambitionis sententias accipisse videri potest in Domitiano Suetonius, Ambitionis (inquiens) centumuirorum sententias recedit, Vide Renardum lib. 5. Variorum cap. 6.

Vltrontributa.] Hæc que fuerint superius explicatum est, ut & quid sit in adiurata, que huc repetas.

Auocare concionem.

Auocata am àe concionem.] Auocare concionem est concionem à magistratu, qui eam aduocauit abducere, quod ut apud Gellium est, ius erat aliquibus magistratibus facere. Sed à Tribuno auocare, ut ex Lilio auguratur, nefas erat. Torneb. lib. 16. aduers. capite viii primo.

In ordinem se coactum.] In ordinem redigi quid sit, supra lib. 25. explicatum est ex Cœli lib. 25. cap. 18.

Bona consecravit.] Id est, deuouit & detestabilia decrevit esse, bona alicui atque cuiuslibet direptioni exposta essent. Hoc enim hic est consecratio, licet & ita intelligi posse, ut consecrare sit à priuato cultu, sacro aliquo carmine vindicare, ut Romia Sp. Meli et M. Ciceronis arca consecrata est, & Scipio Carthaginem consecravit ad aeternam hominum memoriam, ut Ciceron in prima agraria contra Rullum, Appianus in Lybica & lib. 1. de bello ciuilibus testantur. Alia est consecratio quam Apoteosis dixerunt, de qua nominatim locutus est Herodanus, vbi de Seueri morte agit, de qua vide Cœli lib. 21. cap. trigesimo.

Vtrig; censori perduellionem se iudicare.] Tribunus non Tribunorum tantum multam irrogat, sed etiam crimen iudicat, cum quem de plebis sacro lancta auto

crimine condonat, quæ de re apud populum posse certabatur ex pro ritas.

uocatione, ut Torneb. preallegato loco annotat. Caterum quod tribunus censoribus diem perduellionis dicit, id inde sit, quod si quis intercessione Tribunitis non paruerit, aut concionem Tribunis auocasset, ita Maiestatis crimen commissum conseceretur, ut & si quis cœcillum plebis vi atq; audacia turbasset, tribunus in ordinem cogisset, ma

iestatio in eum iudicium exercebatur, quale hoc libro describitur. Sed & si quis tribuno plebis de via non deceperet, in hoc crimine, quasi scopolum quendam impingebat. Scribit enim Plutarchus in Gracchis C. Veturum ciuem Romanum ultima supplicio affectum, quod tribu

no plebis in foro ambulanti de via non deceperet, cum more maiorum omnes ei cedere teneretur. Porro hoc crimine antiqui perduellionem Perduellio-

vocabant, ex eam inimicorum causa, quod huic criminis consuetu, hostili animo aduersus Rempub. esse viderentur. Nam antiqui hostes perduel-

les vocabant, itaq; ea differentia est inter perduellionis & maiestatis

crimen, quod omnia perduellionis delicta sub nomine Maiestatis ca-

dunt, non autem omnia, que crimina maiestatis dicuntur, perduel-

lionis sunt, ut Lfin. ff. ad Iuliam Maiestatem. Vide que de hoc annota-

uimus supra libro primo.

Clausoq; tabulario.] Tabularium locus erat Roma refertus o-

mnibus instrumentis, tabulis, literis, publicis, in quibus omnia pa-

scua, prædia, rectaglia, portoria, ciuitates, redemptiones, publica-

norum perscripta erant. De eo Maro scriptit:

In sanuiniis forū, & populi tabularia videntur. Torneb. loco preal-

gato.

Si collega damnatus esset.] Vera et infuscata amicitia exenti-

plum. Letari enim & dolore affici ex his, que in utramque fortunam

amicorum contingunt, ut in Latio ait Cicero, ea demum est vera amici-

tia, et hinc Demetrius Phalerus viros amicos in rebus lati et prope-

ris vocatos, in aduersis inuocatos & vltro adesse solitus est dicere: Ce-

terum aliam causam, ob quam hi censores rei facti sunt, refert Plini-

us de viri illi trib. cap. 57. quem vide.

Comitem exilij.] Pro magno enim & insigni amici commodo,

tenuis (vt Theophrastus ait) infamia interdum subeida est, quando-

quidem honestatis & fame iaduera maiore honestate plerunque &

cum maximo labore compensatur.

Conceptis verbis iurauit.] Quid sit conceptis verbis iurare, o-

stendimus supra, & tradit Torneb. lib. 3. aduers. cap. 10.

Aquileiem suum legatis.] Certus enim videtur in colonijs fa-

miliarium numeris, cui iniussi Senatus adjicere non licet.

Epidamni magis celebre.] Epidamnum ab Epidamno barba-

rorum rege conditum dictum esse. Appianus lib. bell. ciuilium secundo

scribit: eiusq; portum post Dyrrachium dictum à Dyrracho Epidam-

ni ex filia nepote. Tandem Corcyrenses appellarionem ut infaustam

mutasse, portunq; ab urbe, que desperat imminet, Epidamnum dixi-

se. Hadenu ille. At Romani, quia velut in dannum ituris omen id vi-

sum est. Epidamni nomine, vt magis infausto, expuncto, Dyrrachij

vocabulum restituerunt, ut menunt Pomponius Meli lib. 2. de Mace-

donia, ferè circiter finem.

Templum Iouis quem Nicæam vocant.] Huc transferen-

Iupiter Ni-

da sunt ea, que de Ioue Nicæo circiter lib. 4. 2. finem annotauimus: Vi- ceus.

ctoria verò Græcia viuis dicta est, & tñ pñ dñe, id est, à non

vixi

cedendo: vt Cœlus annotat lib. 5. cap. 6. Ita vt Nicasius

victoria vi-

de Græcis

dicitur.

non incommode sñ rñs viuis, id est, victo-

ria dictus esse videatur.

IN LIBRVM XLIII. QVI ALIIS DECADIS V. LIBER QVARTVS DICITVR, ANNOTATIVNCVLAE.

Actum.



Ctium Acarnaniz portum] Vbi & Atij Apollinis templū erat, atq; Nicopolis Augusti imperatoris opus: Cūm enim Octauius, cognomento Augustus, ante fauces Ambraci sinū, Antonium cū Cleopatra Aegypti regina nauali bello viciasset, pro bius insignis victorie gloria Nicopoli nomen imposuit. Hoc verò bellum post Velleium Paterculum Orosius lib. 6. diligentissimè prosequitur, & sub finem libri octauī elegantissimè Virgilius describit in Aenea clypeo. Nec minus eruditus Flaccus Horatius in libro tertio Ode nonna, & lib. 4. Propertius.

Dium.

Diuortium itinerum] Huc transfert ea, que suprà lib. 3. de diuortijs aquarum dicta sunt ex Tornēbī sententia.

Circa Dium castra habuit Dium Prolemeus Pierie attribuit, Stephanus Macedonia, in qua olim Olympia certamina celebrare conseruerant. Pausanias in Baoticis autor est in his locis Orpheus à mulieribus Thracijs discriptum fuisse. Polybius lib. 4. autor est. Diam urbem, adiustijs, gymnasij, porticibus, templis, denarijs, imaginibus veretur Macedonia regum excusim fuisse adornatam.

Enipeus.

Enipei amnis] Celebris hic est amnis victoria Caesaris contra Pompeium, unde Lucanus lib. 7.

Circenses ludi.

Sanguine Romano quam turbibus ibit Enipeus. Ludicri Circensis] Quod Gracis Olympici, hoc Romanis Circenses ludi fuisse videntur. Quippe Agonici Circenses apud Elidem in honorem Iouis Olympici pariter inuenti insitutū sunt. Inde Roman adiutatos quidam existimarent, ubi Neptuno et Cereri tribuerunt, quorum memoria quotannis celebrabatur iuxta fluminis ripam angusta tramite, altero latere virgine flumen, altero positū gladijs, ut vtrīq; præsens exilium esset. Lingarum curſu certabatur dianatio ne periculosa, adeò ut intra praescriptum illas cobercere necesse esset, unde Circenses dicti. De quibus præter Liuium hic Blond. lib. 2. Rome triump. Marlianus lib. 4. cap. 10. Topog. Quid. lib. 4. Faſ. Alexand. ab Alex. lib. 5. cap. 8. Cælius lib. 8. cap. 7. Leon. lib. 2. cap. 57. & lib. 1. ca. 68. & lib. 2. cap. 62. De varia historiā.

Lingua.

Lingua] Linguan vocat terram in mare protensam specie lingua. Nam lingua sive lingula interdum promontorium, vel alia quevis terra longa & angusta dicitur, qua in modum lingua execta in mare excurrit. Cesar lib. 3. de bell. Gall. Erant eismodi ferè situs opidiorum, ut posita in extremis lingulis promontorij sive, neq; pedibus aditum haberent, &c.

Cerui.

Cerui etiam obiectis] Cerui hinc sunt furca ligna cornuta, ad similitudinem ceruorum cornuum. Sic Cesar lib. 7. de bello Gall. posse eas aggerem, et vallum duodecim pedum extruxit, huic loricam pinnasq; adiecit grandibus ceruis, &c.

Iisdem castris tenderet] Tendere in re militari rētoria figere, seu papiliones erigere significat, sic Cesar lib. 6. de bello Gall. vñq; ed, vt qui sub vallo tendere mercatores, recipiendi sui non haberent facultatem, & Virg. lib. 1.

Hic Dolopum manus, hic seus tendebat Achilles.

Eumenem classemq; eius, tanquam vento allatas naues] Videtur significare classem illam, cum socijs opem non ruterit,

parvoq; temporis spatio illic manserit, videri potuisse, non consilio eō venisse, sed tempestate delata. Nauer enim cum vivētorum aliquo appelluntur, statim cessantibus illis abeunt. Victorius lib. 17. cap. 22. Var. lett.

Natura inter se inimica] Demosthenicum hoc esse videtur. Sic namq; ille: Βασιλεὺς δὲ τύπον τοντος, ἐχθρὸν τὴν θεσμονοντανοντας.

Naves quas hippagogos vocant] Haec aliter Hippagines vocantur, Polybius πατηταὶ vocat in primo. De quo genere nauigij vide Bassium in libro de nauali. Tractat etiam de eo nonnulla Franciscus Roboretellus lib. 1. Ennendat. cap. 2.

Sanctitas templi] In cuius limine inscriptos fuissent verijs legimus, quibus edocerentur homines, qua herbarum compositione adater- pollio. sus omnia venera vicerentur. Ab hac verò in insula Delo Apollo Delius vo- catus, quid in ea & natus & cultus esset, & oracula certissima red- deret, licet Macrobius Delum cognominatum tradat, quid Sol lucu- sua cuncta tuū dñia, id est, clara & manifesta faciat.

Per Cyclades] Sic insule, circa Delon in orbem sita, auctore Plini- Cyclades. o. dicta sunt, cui & Strabo accedit, ut mirari licet, qua causa mo- riū Servius Cycladas dictas scriperit, nō quid in circuitu sint, sed po- tius quid longo ordine eas circumire necesse est. De his vide Melam lib. 2. de insula Mediterraneani maris.

Vtrarios ad mare] Vtrarij dicebantur, qui viribus & alijs id generis pelibus & aquam in castra deferre solebant.

Bucculasq; Bucculae ea casidis partes, per quam mittitur spissitas, ita dicta, quid buccam tegant. Hinc buccularij in iure cisis di- cuntur, quigales faciunt, vt annotat Tornēbī. 9. aduers. ca. 16.

Macedo nas vt triste prodigium] Sic & Galatas Luna defi- ctit conspecto perterritos, nec cum Attalo rege ulterius procedere vole- luisse narrat Polybius lib. 5. Et Germanos ante nouam lunam, a prelio minime contendere solitos refert Cæsar lib. 1. de bello Gall. Cat. crimi- de hac Eclipse Luna vide scripta a Plutarcho in vita Aemylj, qui tra- dit milites Romanos pro sua confusitudine plenōrem Lunæ ex parte cunctinatu reuocasse, & consalem Aemylum, vbi primū à tene- bris Lunam expurgatam viderit, undecim eivitulos immolasse. Hinc Polyb. lib. 9. tradit cognitione Mathematum, & maximè astrologia & Geometria, Imper. opus esse, de quo ipsam latius vide.

Diana quam Tauropolon vocant] Diana Tauropolon Diana Taupo- os. vocant, sicut in Periegi scribit Dionysius Afer, non ab gente solum, sed & animali, vt probat Eustathius, quia armis praest. Cælius li. 7. cap. 15. Tauropolia Diana meminit, & Diodorus li. 5. Idem & Tau- ropolia sacrificia Diana & Martis apud Amazones vocari scribit Phœnophilus: Tauropolon (inquit) Dianam dixerunt, quoniam vt Tau- rus regnari omnia, vel quid Taurum Neptunus immiserit Hippoly- to furente, astro per omnem ferè terram, vel quid Iphigenia è Scy- thia fugiens, in Attica simulachrum Diana constituerit, & Tauro- polon Dianam appellauit.

Samothracum traieciſſe] De hac insula leges Strabonem lib. 10. Diodorū Siculum lib. 6. Pliniū lib. 4. ca. 12. li. 36. ca. 5. lib. 37. cap. 10. Pomp. Melam lib. 2. ca. 7. Volater. lib. 9. ca. 4. Geograph.

IN LIBRVM XLV. QVI ALIIS DECADIS V. LIBER V. DICITVR, ANNOTATIVNCVLAE.

Laureata tabella.



Dq; adrigas mittendas excedentis] Escendenti non excedentem agendum, nam veteres escendo pro ascendendo dixisse, annorū Tornēbī lib. aduers. 20. cap. 30. Sic Varrō è vinea in arboreo escendit vitia: & ruris in carnarium escendit.

Fortuna fortuaria.

Laureatas tabellas] Literas laureatas intelligit, qua quid fuerint superius ostendimus. Et vide de hisce Brodaem lib. 1. Miscellaneo- rum cap. 33.

Pullo amictus illo] Tornēbus lib. 16. aduersorū cap. 20. legit, pullo amictus villo. Villus autem pilus est. Martialis: Calfaciunt villi pallia nostra mei. Si quis tamen filio legere malit, nec ipse contradicit.

Exemplum mutationis rerum humanarum] Κύκλωπος id est, Circulus res mortaliū scilicet sunt, quid circum agantur, & velut in orbem recurrat fortuna versante rotam, de quo Erasmus in prouerbio, omnium rerum vicissitudo est. Et in prouerbio Fortuna.

Quid vesper ferat] Vide Erasmus in prouerbio, Nec quis quid vesper vebat, & hoc aliust Philippus suprà lib. 39. cum Thessalī re- sponses, minacem clausulam adiecit, nondum omnium dierum so- lem occubuisse.

Confusurit consilium] Quin & consilium hostis crudelissimi ad- uerſa fortuna motum, lacrymas multas effusisse alijs scribit, virtus siquidem cadentium magnam reverentia partem erit, apud hostes habere debet. Vide Plutarcho in vita Aemylj, Sabellicum lib. 8. En- nead. 5. Floran lib. 2. cap. 12. & Sabellicum lib. 4. ca. 7. Ethnic. exempl. Platinam lib. 2. de optimo cive.

Magistræ regis] Rom. confusitudine, si quando reges aut legati Romanorum venire nunciarerint, prius quid vellent ab exploratori cognoscere mos in tra- ditur, postea ad eos egrediebantur minores magistratus. Quid si eis audientur legatis, non admittebantur in urbem, sed ipsi & hosti- legatis, & Senatus extra urbem dabatur, ut suprà lib. 30. de Cartha- ginensium legatis. Et post Nicostratus in lib. quem incripsit, De Sex natu habido, tertium senaculum circa adem Etruria mea fuisse memorie prodi-

prodidit, in quo exterarum gentium legatis, quos in urbem admitte renolebant, Senatus dabatur. Legationes autem sociorum & amicorum regum aut popolorum non excludebantur urbe. Varro etiam prodit locum prope curiam Hostiliam substructum, ubi nationum subficerent legati, qui ad Senatum essent misi, eumque Gracchus appellatum, ut tradit Zenoſius lib. 2. de senatu Romano.

Vrbane tri-bus. In quatuor urbana tribus] Suburbanam videlicet, Palatinam, Exequitanam, & Collinam, quas Servius Tullius sextus Romano rum rex primus instituit, & in has manunissos, si Rep. Romana par ticipes esse vellent, ut una cum ciuibis censerentur, distribuit. In has deinde Q. Fabius Rullus omnem forensem factionem postea excretam Censor cogit.

Etribu mo-vere. E tribu mouere] Est itaq. tribu mouere, ut ex hoc Liuī loco ap pareat, ex honestiore tribu in minus honestam transferre, ut ex rufi ca in urbana, aut ex rusticâ in rusticam, unde dixit Plinius in urba na tribus transferri, ut annotat Sigenius de antiquo iure ciuiū Ro manorum lib. 2. cap. 16. Porro rusticæ trib. apud Romanos omnium laudissimæ erant, & eorum quidem qui agros colerent, è quibus in urba nas transferri ignominiosum & turpe erat. Quia de re Plinius lib. 18. cap. 3. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 18.

Mineriuū. In oppido Mineriuū] Partem quendam Rome Tornebo vide tur intelligere, in qua templum Minerua fuerit, quod Mineruum dicebatur, ut Dianum, de quo ipse lib. 16. aduers. cap. 20.

Titiculus. Quem tandem titulum] Titrulum hic accipe pro causa, sicut Asconius in oratione Ciceronii pro Milone, manumiserat eos Milo sub hoc titulo, quod caput suum vtri effecit. Sic & Ambrosius in sermone XC. Et quia erant nobiles, inquit, titulum eis Christianitatis opposuit, Renardus de autoritate prudentum cap. 7.

Jupiter Tro-phonius. Lebadie templum Louis Tropionij adjicit] Lebadia veluti reliqua Gracie ciuitates, rebus alijs multis ornata felicior fuit, tum Tropionij nemore. Quo loco ferunt Hercynna Tropony filia, vna cum Proserpina Cereris filia, quandoque colludentem, anserem habuisse. Qui cum invita Hercynna auolisset, in subterraneum antrum se recepit, atque sub lapide se abscondit. Puella antrum ingressa, anserem sub lapide delite centem recuperavit, confestim eo loci, ubi lapidem puella sustulerat, aqua saturauit, que in flumine excrescens Hercynna fuit nominata: ad cuius ripas Hercynna templum extruxerat, in eo templo virginis simulachrum in manibus anserem gestans erexit. Hec ex Pausaniae Beoticiis, & Zetziis in Lycophionem Comen taris. De specu vero Tropionio complura notauit Erasmius in proverbio, in Antro Tropionij yaticinatus est. Meminit eius & M. Tullius in Tusculanis, Herodotus in Cho. Philobratus in Apollonij Thyaneti vi ta: Origines lib. 3. contra Celsum: Phaorinus, & Aristophanis interpres in Nubis.

Euripiū. Spectaculum Euripi] De huins Euripi Euboici scriptura, qua fuit aliquibus diebus temporibusq. fluere atq. resuere dicitur, Liuī lib. 27. Cicero lib. 3. de diuinatione, Pomponius Mela lib. 2. At duer sum ab ij. Iohannes Tortellius prodere non dubitanit: ut ibi Ioachimus Vadianus in suis annotationibus ad Melam refert, que omnino videnda sunt, nec contèndenda quia Nicolaus Gerbelius libros 5. in descriptione Gracia Sophianii de hoc scripta reliquit.

Amphilo-chus vates. **Amphilochus vates.** Meminit huius & Strabo, & Pausanias, quis & eius arca Athenis describit. Thucydides libro secundo Historiarum, Amphilochum scribit Amphiarai silium, post bellum Troianum cum domum reversus est Argos exsuum domicilium condidisse in finu Ambracioticu rverb, quam de nomine prima vrbis & suo Argos Amphilochicum appellarit.

Aesculapij templa ex tra Epidau- rum. Quinque millibus passuum] Cur Aesculapij templum extra urbem querit, Plutarchus in problematis rationem reddit. Quod agri plerumq. extra Pomaria versari soliti fuerint, ne vrbis horum factore contagioneue contaminaretur.

Summotor aditus. Summotor aditus] Lictorem intelligit, eorum namq. erat, ut populum summouerent, fontes virgis caderent. Sic Liuī & summouere populum lictores iusisti. Et alio loco, Lictor apparuit, summouente eo, incescerunt. Accensos porro hoc loco intelligit magistratus ministros, sic dictos ab acciendo, id est, vocando. Nam accensus in star preconis acciebat iussu consulis Quirites ad concionem, de his & superius nonnulla annotauimus, quae vide.

Luna dea. Lunamq; matrem] Romanorum confuctudo erat arma de ho stibus capta, interduum cremare Vulcanum, aut Marti, aut Minerue, idq; ab Imperat. factum perperum non raro, ac quidem in dictis nu-

minibus constat rei causa, in Luna certè non appetet, quid enim attinet arma in honorem Luna comburi? Quare Torneb. lib. 16. aduers. cap. 20. pro Luna, Luareponendum censem, vt & supra lib. 8. scribitur, Armorum vis magna, tam inter ea corpora hostium, tam in castris inuenta est. Ea Luna matri dare se consul dixit, ubi notata quoq; à nobis vide.

Tribus ijs omnibus] Antiquissima siquidem, que nunquam Triumphi non seruata est, lex de triumpho fuit, vt qui ob rem in bello bene gerentur, triumphum ducenti essent, ante triumphum ne urbem ingredere rentur. Triumphabant enim cum imperio, & imperium deponere urbem intratribus necessè erat. Triumphant autem Senatus decernebat, sed imperium in urbe, quod die triumphus duceretur, populus dabant, rogatione ab aliquo tribuno plebis lata. Hanc legem de imperio vnius diei intra urbem Cicero significat lib. 4. ad Atticum, de qua plus Manutius de legibus Romanis.

Intacta inuidia media sunt] Sic poëta:

Ima tenent pacem perlant altissima venti.

Militem honorem dare posse] Ita legendum esse, fugato ad uerbo non, quod in prioribus editionibus fuerat, annotat Torneb. lib. 16. aduers. cap. 20. Qui autem potest honorem dare, penes eum etiam est potestas non dandi. Intelligit igitur Paulus, qui se negat habuisse potestatem pecunie, militem habere potestatem mandandi suffragio triumphi, quem non desert male merito, iste sensus & historicus dignior est, & argutor, & acrior.

M. Seruilius] Vir consularis, qui vices ac ter in bello singulari M. Seruilius certamine prouocatus hostem interfecerat, ut tradit Plutarchus in vita Aemylj, & ipse met circa finem orationis huius gloriatur.

Ipse postremo Paulus in curru] Huius triumphi ordinem & Triumplus pompa lege apud Plutarchum, Appianum inter principium & me M. Aemylj Macedoniū eius libri qui Libycus inscribitur. Sabell. lib. 8. Ennead. 5. Blon dum lib. 10. Roma triumph. Filii duo, Maximus & Scipio, qui in adoptionem dati, alter Scipioni Africano, qui P. Scipio Aemilianus dicitur est a Paulo Aemilio patre, alter autem Fabij Maximi filio eius qui quinque consul fuit. Huius vero adoptionis meminit Plutarchus in Paulo Aemylj, Val. Maximus libro 2. cap. 5. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 11. qui huius adoptionis rationem reddit. Notandum est autem, Jege eau tum suisse, ut adoptatus adoptantis appellationem sumeret, sive quoque nihilominus nomineret, cuius rei testis est Tranquillus & Dion in Augufta.

Sacrorum hæredes] Peculiaria etenim sacra cuiq; familie sive, & supra offeruntur est.

Vestra felicitas & secunda fortuna] Vere magnanimitatis exemplum Aemilius est, qui recta ratione fieri fortitudinem & cōstantiam, non solum aduersus arma & hostium minas, sed aduersus omnem fortunam pariter habendam ratus, ea ratione filiorum casum tulit, ut secundis aduersis & domestica publicis obscurata, dignitas & magnitudinem rerum nequaquam deturbarent. Vide Valer. Max. lib. 5. capite 10. vbi similia cum Romanorum tum aliorum exempla leges.

Ego qui de illo triumphauit, ab altero funere filij curru ex Capitolio] Torneb. lib. 16. aduers. cap. 20. legit filij in currum, & sic distinguuntur, antequam currum triumphalem ascendenter, alterum se amississe liberis, alterum acto iam triumpho, quod consonat histori. Et ut hac obseruanticula notatu digna, sic nec præterea altera in oratione Seruilij precedente. Nam vbi in ea legitur, p̄tinetas quas traducendas in triumpho vindicauit. Torneb. codem loco legendum atque scribendum censem in triumphum. Ita enim sententia satisficit, & ingenia quadam liberalia, antiquitatis indoles redolent.

Cum Alexandro filio] Hunc tornandi subtiliumq; operum egregium artificem fuisse tradit, eumq; Romanas addidicisse literas, & magistratus se scriptorem solerem ac gratiosum prebuisse, ut reserat Plutarchus in vita Aemylj. Hoc ipso insigne exemplum inconstitutio rerum humanarum probens, ita ut p̄clarè Valerius Max. lib. 6. cap. 10. circa finem dicere: Caducā nimis & frigilia, puerilibusq; consentanea crepidis sunt ista, que vires atq; opes humanae vocantur, afflant subito, repente dilabuntur, nullo in loco, nullā in persona stabilibus nixa radibus consistunt, sed incertissimo statu foruna buc atq; illuc acta, quos in subline extulerūt, improviso recur su defititios, in profundo cladiū miserabiliter immergunt.

IMPRESSVM FRANCOFVRTI AD
MOENVM, APVD GEORGIVM CORVINVM, IM-
pensis Sigismundi & Iohannis Feyrabendi-
norum.



M. D. LXXVIII.

